⁙PAVLVS ⁙ OROSIVS⁙

Pauli Orosii uiri doctissimi historiarum initium ad Aurelium Augustinum.

PRAECEPTIS tuis parui beatissime pater Augustine : atq; utinam tam
efficaciter q̄ libenter: q̄q̄ ego in utramuis partem parum de explicito mo/
uear: rectene: an secus egerim. Tu enim iā isto iudicio laborasti: utrumne
hoc: quod præcipes possem. Ego autē solius obediētiæ: si tamē eā uolun
tate conatuq; decoraui : testimonio cōtent9 sum. Nam & ī magna magni patrissami/
lias domo cū sint multa diuersi generis animalia adiumēto familiaris rei cōmoda: nō ē
tamē canū cura postrema: qbus solis natura insitū est: uolūtarie ad id quo præparantur
urgeri: & p ingenitam q̄ndam obediētiæ formulā sola disciplinati tremoris expectatiōe
suspēdi: donec ad pagendi licentiā nutu signoue mittātur. Habēt enī ꝓprios appetitus
q̄ntū brutis excellētiores: tantū rationabilib9 ꝓpinq̄ntes: hoc est discernere: amare: ser
uire. Nā discernētes īter dominos atq; extraneos nō eos quos insectātur: oderūt. sed ꝓ
his quos amāt zelāt: & amātes dominū ac domū nō q̄si ex natura apti corporis uigilā/
tes: sed ex cōscientia solliciti amoris īuigilāt: ūde ēt mystico sacramēto ī euāgeliis: quod
edāt micas catelli sub mēsa dominoꝝ: & Chananea mulier nō erubuit dicere: & dn̄s nō
fastidiuit audire. beat9 etiā Tobias ducē angelū seq̄ns canē comitē habere nō spreuit.
Igit̄ generali amori tuo speciali amore cōnexus uolūtati tuæ uolēs parui. Nā cum subi
ectio mea p̄cepto paternitatis tuæ factū debeat: totūq; tuū sit: qd̄ ex te ad te redit: opus
meū hoc solo cumulati9 reddidi: q libens feci. Præcepas mihi uti aduersis uaniloquā
prauitatē eorū: qui alieni a ciuitate dei ex locorū agrestiū cōpitis & pagis pagani uocant̄
siue gētiles: qa terrēa sapiunt: q cū futura nō q̄rant: præterita aut obliuiscant̄: aut nesci/
ant: præsētia tamen tēpora ueluti malis extra solitū infestatissima: ob hoc solū: qd̄ cre/
ditur christus: & colitur deus: idola autē min9 coluntur: īfamāt. Præceperas ergo ut ex
omnib9 quæ haberi ad præsens possūt historiaꝝ atq; ānaliū fastis : quæcūq; aut bellis
grauia: aut corrupta morbis: aut fame tristia: aut terraꝝ motibus terribilia: aut inūdati
onib9 aq̄rum insolita: aut eruptionib9 igniū metuēda: aut ictib9 fulminū plagisq; grā
dinū sæua: uel etiā parricidiis flagitiisq; misera ptransacta retro sæcula reperissem: ordi/
nato breuiter uolumīs textu explicarē: maxime cū reuerentiā tuā pficiēdo aduersū hos
ipsos pagāos. xi. libros īsistentē quoꝝ iā. x. orientes radii mox: ut de specula ecclesiasti/
cæ claritatis elati sunt: toto orbe fulserūt leui opusculo occupari nō oportet: & sāctus fili
us tuus Iulian9 Carthaginēsis seru9 dei satis fieri sup hac re petitiōi suæ eadē fiducia: q̄
poposcit exigeret: dedi opam. & meipsū in p̄mis cōfusione præssi : cui plærūq; reputāti
supra modū exæstuauisse præsentiū clades tēpoꝝ uidebant̄. Nact9 sū enī præteritos di
es nō solū æque. ut hos graues: uerū etiā tanto atrocius miseros: q̄nto lōgius a r̄medio
ueræ religiōis alienos: ut merito hac scrutatiōe claruerit regnasse mortē auidā sāguinis
dū ignorat̄ religio: q̄ ꝓhiberet a sāguie. Ista illucescēte illā ɔstupuisse. illā cōcludi: cū ista
iā p̄ualet: illā peit9 nullā futurā cū hæc sola regnauit: exceptis uidelicet semotisq; illis die
b9 nouissimis sub fine sæculi & sub appitiōe Antichristi: uel etiā sub cōclusiōe iudicii: q/
b9 futuras āgustias: q̄les an̄ n̄ fuerāt dn̄s xp̄s p scripturas sacras sua ēt ɔtestatiōe p̄dixit.
cū scd̄m ip̄m qdē: q & nūc & sēp ē modū uerū aptior ac grauiore discrimīe p ītolerabi
les tribulatiōes tēpoꝝ illoꝝ sāctos ꝓbatio: impios pditio seq̄tur. Et q̄m oēs ꝓpemūm tā
apud græcos q̄ apud latios studiosi adscribēdū uiri q res gestas rerū populorūq; ob diu
turnā mēoriā uerbis ꝓpagauerūt īitiū scribēdi a Nino Beli filio rege assyrioꝝ fecerūt: q
cū opiniōe cæca mūdi originē creaturāq; hoīum sin̄ ītio credi uelīt: cæpisse tamē ab hoc
regna bellaq; definiūt: q̄si uere eaten9 hūanū gen9 ritu pecudū uixerit. & tūc p̄mū: ue
luti ad nouam ꝓuidentiam concussum suscitaturumq; uigilauerit.

De miseria hominum per peccatum ab initio. Cap. I.

EGo initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis du-
cere institui: paucis dūtaxat: iisdemq; breuiter deliberatis. Sūt
autem ab Adam primo homine usq; ad Ninum magnū: ut di-
cunt regem: quādo natus est Abraam anni tria milia. xxxiiii. qui
ab omnibus historiographis uel ommissi uel ignorati sūt. A Ni-
no autē uel abraam usq; ad Cæsarē augustum: idest usq; ad nati-
uitatem Christi qui fuit āno imperii Cæsaris. xlii. cum facta pa-
ce cum Parthis Iani portæ clausæ sūt: & bella toto orbe cessarūt:
coliguntur anni duo milia. xv. in quibus inter se autores scripto
resq; omniū ocia negociaq; triuerūt: quaꝓpter res ipsa exigit ex his libris q̄ breuissime
uel pauca attingere: qui originē mundi loquentes præteritoꝝ fidem annūciatiōe futu-
roꝝ: & post subsequa ꝓbatiōe fecerūt: non quo autoritatem eoꝝ cuiq̄ uideamur inge-
rere: sed ꝗ operæprecium sit de opinione uulgata: quæ nobis cum oībus cōmunis est
cōmonere: primum quia si diuina ꝓuidentia: quæ sicut bona ita pia & iusta est: agitur
homo & mundus: hominē autem qui cōuertibilitate naturæ & libertate licentiæ infir-
mus & cōtumax est: sicut pie gubernare egenum opis oportet: ita iuste corripi īmode-
rate libertatis necesse ē: iure ab initio hominis per bona malaq; alternātia exerceri hūc
mūdum sentit quisquis per se atq; in se humanū genus uidet: deinde cum ab ipso pri-
mo homine peccatum punitioq; peccati cœpisse doceamur: porro autem cū etiam isti
de mediis tēporibus inchoantes: q̄uis supiorum nusq̄ meminerint: nihil nisi bella cla-
desq; descripserint: quæ bella quid aliud dicenda sunt: nisi urgentia in alterutrum mala:
mala autem huiusmodi quæ tunc erant sicut & nunc sunt inq̄tum sunt sine dubio aut
manifesta peccata sunt: aut occulte punitiones peccatoꝝ quid impedimenti est nō eius
rei caput pandere: cuius illi corpus expresserint: & priora illa sæcula quæ multo nume-
rosiora mōstrabimus: uel tenuissimo testari relatu similes miserias pertulisse. Dicturus
igitur ab orbe cōdito usq; ad urbem conditā: dehinc usq; ad Cæsaris prīcipatum natiui
tatemq; Christi: ex quo sub potestate urbis orbis māsit imperium: uel etiā usq; ad dies
nostros inquātum ad cognitionem uacare suffecero: conflictatiōes generis humani &
ueluti per diuersas partes ardentē malis mundum: face cupiditatis incensum e specula
ostentaturus: necessarium reor: ut primū ipsum terrarum orbē: quē īhabitabat huma
nū genus: sicut est a maioribus trifare distributus: deinde regionibus prouinciisque de
terminatus expediam: quo facilius cum locales bellorum morboꝝque clades ostentabū
tur: studiosi quique nō solum rerū ac temporum: sed etiam locorū scientiā cōsequant̄.

Maiores nostri in tres partes mundum totum diuisisse. Cap. II.

MAiores nostri orbem totius terræ oceani limbo circumseptum triquadrū sta
tuere: eiusque tres partes Asiam: Europam: & Aphricam uocauerūt: q̄uis ali-
qui duas: hoc est Asiam: ac deinde Aphricā in Europā accipiendā putauerint.
Asia tribus partibus oceano circūcincta p totā transuersi plagā orientis extendit̄. Hæc
occasum uersus a dextra sui sub axe septentrionis īcipientē cōtingit. Europā: a sinistra
Aphricā dimittit: sub Aegypto uero & Syria mare nostrū: quod magnū generaliter
dicimus: habet. Europa incipit septentrionalis a flumine Tanai: qua Riphæi montes
Sarmatico auersi oceāo Tanaim fundūt fluuiū: qui præteriēs aras ac terminos Alexā-
dri magni in Roxolanorū finibus sitos Mæotidas auget paludes: quaꝝ immensa exun

datio iuxta Theodosiā urbē: Euxinū pontū late ingreditur: inde iuxta Cōstātinopolim longæ mittuntur āgustiæ: donec eas mare hoc: quod dicimus nostrū accipiat. Europæ in Hispania occidētalis ocean9 terminus ē: maxime ubi apud Gades isulas Herculis colūnæ uisuntur: & Tyrrheni maris faucibus oceāi æstus immittitur. Aphricæ principiū est a finibus Aegypti urbisque Alexandriæ ubi Parethoniū ciuitas sita est sup hoc mare magnū: quod oēs plagas terrasque medias iterluit: ide p loca q̄ accolæ catabathmon uocāt: haud procul a castris Alexādri magni: & super lacū Calearttum: deinde iuxta superiorū fines Anasitarum missa in trāsuersum per Aethiopica deserta meredianū cōtigit oceanū. Termini Aphricæ ad occidētē iidem sunt: qui & Europæ: idest fauces Gaditani freti: ultimus autē finis eius ē mōs Athlas: & insulæ quas fortunatas uocant. Et quia breuiter generales tripartiti orbis diuisiōes dedi: ipsarū quoq; ptium regiones: sicut pollicitus sum: significare curabo. Asia ad mediam frontē oriētis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis: a sinistra promontorium Calligicum cui submanet ad Eurū insula Taprobane: ex qua oceanus Indic9 uocari icipit a dextra habens Emodos mōtes: ubi Caucasus deficit: promontoriū Samaram: cui ad aquilonē ostia fluminis subiacēt Octorogorræ: ex quo oceāus sericus appellatur. In his finibus India est. quæ habet ab occidēte flumē Indum: quod rubro mari accipitur: a septentrione montē Caucasuz: reliqua: ut dixi: Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gētes quatragintaquatuor absque insula Taprobane: quæ habet decem ciuitates: & absque reliquis isulis habitabilibus plurimis. A flumie Indo: quod ē ab oriēte usq; ad flumē Tigrim: quod ē ad occasum: regiōes sunt istæ Aracosia: Parthia: Assyria: Persida: & Media situ terrarū mōtoso & aspero. Hæ a septētrione habēt montē Caucasum: a meridie mare rubrū & sinum Persicū: in medio āt sui flumia præcipua Hydaspem & Arabim. In his sunt gentes triginta duæ: sed generaliter Parthia dicit: quis scripturæ sāctæ uniuersā sæpe Mediam uocent. A flumie Tigri usque ad flumē Euphratē Mesopotāmia est: incipiens a septētrione iter mōtem Taurū & Caucasum: cui ad meridiē succedit Babylonia: deinde Caldea: nouissime Arabia: ea demum inter sinum Persicum & sinum Arabicum āgusto terræ tractu orientem uersus extenditur. In his sunt gentes. xxviii. a flumine Euphrate: qđ est ab oriente usq; ad mare nostrum: quod est ab occasu: deide a septentrione: idest a ciuitate Dascuta: quæ in confinio Capadociæ & Armeniæ sita est. haud procul a loco ubi Euphrates nascitur usq; ad Aegyptum & ad extremum sinum Arabiæ: qui est ad meridiem longo augustoq; sulco saxis insulisq; creberrimo. a rubro mari idest ab oceano occasum uersus extenditur: Siria generaliter nominatur: habens maximas prouincias Comagenem: Pheniciam & palestinam absq; saracenis & nabathæis quorum gentes. xii. sunt in capite syriæ capadocia ē: quæ habet ab oriente Armeniam ab occasu Asiam. ab aquilone Themiscirios campos & mare Cimericum. a meridie Taurum montem: cui subiacet Cilicia & Isauria usq; ad Isicus sinum: qui spectat contra insulam Cypruz. Asia regio uel: ut proprie dicam Asia minor absq; orientali parte: qua ad capadociam syriamque progreditur: undiq; circundata est mari. a septentrione ponto euxino. ab occasu propontide. atq; Helesponto: a meridie mari nostro ubi est mons olimpus. Aegyptus inferior ab oriente habet Syriam palestinam: ab occasu Libyam. a septentrione mare nostrum. a meridie montē: qui appellatur Climax. & Aegyptum superiorē. fluuiumque Nilum. qui de littore incipientis maris rubri uidetur emergere i loco qui dicitur Mosylon: deinde diu ad occasum profluens faciens insulā nomine Meroen in medio sui: nouissime ad septentrionem inflexus: tempestiuisq; auctus incrementis plana

Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem:& continuo harenis mergi:inde interiecto breui spacio uastissimo lacu exundare:atq; hinc oceano tenus orientem uersus p æthiopica deserta prolabi:rursusq; inflexũ ad sinistrã ad Aegyptũ descendere. Quod quidem uerũ est esse huiusmodi fluuium magnum:q tali ortu taliq; cursu sit:& re uera tot tãtaq; mõstra gignat:quem utiq; ppe fontem barbari Dara nominãt: cæteri uero accolæ Nuhul uocant. Sed hic i regiõe gẽtium:quæ libyæ ægyptiæ uocantur:haud pcul ab illo fluuio:quẽ a littore maris rubri prũpere diximus:immenso lacu accæptus assumit:nisi forte occulto meatu i alueum eius: qui ab oriente descẽdit eructet. Aegyptus superior in oriẽtem plõgum extenditur:cui ẽ a septentriõe sin⁹ Arabicus:a meridie oceanus:nã ab occasu ex inferiori Aegypto icipit ad orientem rubro mari terminat̃:ubi sunt gentes.xxiiii. Et quoniã meridianã ptem uniuersæ Asiæ descripsimus:supest ut ab oriente ad septentriõem pars quæ restat expediatur. Mõs Caucasus iter Colchos:q sunt sup Cimericum mare:& iter Albanos q sunt ad mare Caspium primum attollitur:cuius qdẽ usq; i ultimum orientem unum uidet̃ iugum:sed multa sunt nõia. Et multi hoc ipm iugum Tauri montes credi uolunt:quia re uera Parchoatras mõs Armeniæ inter Taurũ & Caucasũ medi⁹ cõtinuare Taurũ cũ Caucaso putat̃. Sed hoc ita nõ esse discernit fluui⁹ Euphrates q de radice Parchoatræ mõtis effusus tẽdens in meridiẽ ipsum ad sinistrã Taurũ excludit. Ad dexterã itaq; ipe Caucasus iter Colchos & Albanos ubi & portas habere mõs Caucasus dicit̃ a portis Caspiis usque ad Armenias pylas:uel usq; ad fõtẽ Tigris fluminis inter Armeniã & Iberiã montes Acroceraunii dicunt̃ a fonte Tigris usq; ad Carras ciuitatem iter Massagetas & Parthos mons Ariobarzones. A Carris ciuitate usque ad oppidũ Cathippi inter Hyrcanos & Bactrianos mons Memarmali:ubi amomum nascitur:a quo proximum iugum mõs Parthau dicitur. Ab oppido Cathippi usque ad uicum Saphrũ iter Dahassaraucas & Parthyenas mõs Oscobares:ubi Gãges fluuius orit̃:& Laser nascit̃. A fõte flũinis Gãgis usq; ad fõtes flũinis Octorogorræ:q sũt a septẽtrione:ubi sũt mõtãi Paropanisadæ & mõs Taurus. A fontib⁹ Octorogorræ usque ad ciuitatẽ Octorogorram inter Hunnos & Scythas & Gangaridas mons Caucasus. Vltimus autẽ inter Eosas & Pasiadras mons Imaus:ubi flumen Chrisoroas & promõtoriũ Samara oriẽtali excipitur oceano. Igitur a monte Imauo:hoc est ab imo Caucaso & dextra orientis parte qua oceanus Sericus tenditur usq; ad promontorium Boreum & flumen Boreum & inde tenus Scythico mari:quod est a septentrione usque ad mare Caspiũ quod est ab occasu:& usque ad extentum Caucasi iugum:quod est a meridie. Hyrcanorum & Scytharum gentes sũt quadragintaduæ:propter terrarum infoecundam diffusionem late oberrantes. Mare Caspium sub aquilonis plaga ab oceano oritur cuius utraque circa oceanũ littora loca deserta incultaque habentur:inde meridiem uersus per lõgas angustias tenditur:donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. Itaque a mari Caspio quod est ad orientem per ora oceani septentrionalis usque ad Tanaim fluuium & Moeoticas paludes:quæ sunt ad occasum per littus Cimmerici maris:quod est ab Aphrico usque ad caput & portas Caucasi:quæ sunt ad meridiem gentes sunt trigintaquatuor:sed generaliter regio proxima Albania ulterior sub mari & monte Caspio Amazonum nuncupatur. Expliciti autem sunt quambreuissimæ fines Asiæ. Nunc autem Europam inquãtum cognitioni hominis conceditur:stilo peruagabor. A montibus Rhiphæis ac flumine Tanai Meotiisque paludibus:quæ sunt ad orientem per littus septentrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam & flu-

men Rhenũ:quod ẽ ab occasu:deinde usque ad Danubiũ:quẽ & Istrũ uocãt:qui est a meridie ad orientẽ direct9 põto accipit:ab oriente Alania ẽ:in medio Dacia:ubi & gotia:deinde germania est:ubi plurimã ptem Sueui tenent:quorũ oĩum gentes sũt quinquagintaquatuor. Nũc qcquid Danubi9 a barbarico ad mare nostrũ secludit expediã. Mœsia ab oriente habet ostia fluminis Danubii:ab euro Thraciã:a meridie Macedoniam:ab Aphrico Delmatiã:ab occasu Istriã:a circio Pannoniã:a septentriõe:Dãubium. Thracia habet ab oriente Propõtidis sinum & ciuitatẽ Constãtinopolim quæ Bizãtiũ pri9 dicta ẽ:a septentrione ptem Delmatiæ:& sinum Euxini ponti:ab occasu & Aphrico Macedoniã:a meridie Aegæum mare. Macedonia habet ab oriẽte Aegæũ mare:a borea Thraciã:ab euro Euboeam & Macedonicũ sinũ:a meridie Achaiam:a Fauonio montes Acroceraunios in angustiis Adriatici sinus:qui montes sunt contra Apuliam atque Brundusium:ab occasu Delmatiã:a circio Dardaniã:a septentrione Mœsiam. Achaia undique propemodum cincta est mari:nam ab oriente habet Myrtoum mare:ab euro Arcticum mare:a meridie Ionium mare:ab aphrico & occasu Gephaloniam & Cassiopam insulas:a septentrione sinum Corinthium:ab aquilone angustum terræ deorsum:quo Macedoniæ coniungitur:uel potius Atticæ:qui locus Isthmos uocatur:ubi est Corinthus habens in Atticam a borea non longe Athenas ciuitatem. Delmatia habet ab oriente Macedoniam:ab aquilone Dardaniam:a septentrione Mœsiaꝫ:ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas:a meridie Adriaticuꝫ sinũ. Pannonia Noricus & Rhetia habent ab oriente Mœsiam:a meridie Istriam:ab aphrico alpes Apenninas:ab occasu Galliam belgicam:a circio Danubii fontem & limitem:qui Germaniam a Gallia inter Danubiũ Galliamque discernit:a septentrione Danubium & Germaniam. Italiæ situs a circio in eurum tenditur:habẽs ab aphrico Tirrhenũ mare:a borea Adriaticum sinum:cuius ea pars quæ cõtinenti terræ cõmunis & cõtigua est alpiũ obicibus obstruitur. Q uæ a gallico mari per Ligusticum sinũ exurgẽtes primum Narbonensium fines:deinde Galliã Rhetiamque secludunt:donec ĩ sinu Liburnico desigantur. Gallia belgica habet ab oriente fluminis Rheni & germaniam:ab euro alpes Apenninas:a meridie prouinciã Narbonensem:ab occasu prouinciam Lugdunensem:a circio oceanum Britãnicum:a septentriõe Britanicam insulam. gallia lugdunensis ducta per longum:& per angustum inflexa A quitanicam prouinciã semicigit Hæc ab oriente habet Belgicam:a meridie partem prouinciæ Narbonensis:q̃ Arelatũ ciuitas sita est:& mari gallico Rhodani flumen accipitur Narbonensis prouincia pars Galliarum habet ab oriente alpes Coctias:ab occidente Hispaniam:a circio Aquitaniã a septentrione galliam lugdunensem:ab aquilone Belgicam galliã:a meridie mare gallicũ quod est inter Sardiniã & insulas Baleares:habens in fronte qua Rhodan9 fluuius in mare exit:insulas Sthecadas. Aquitanica prouincia obliquo cursu Ligeris flũinis qui ex plurima parte terminus eius est:in orbem agitur. Hæc a circio habet oceanum:qui Aquitanicus sinus dicitur:ab occasu Hispanias habet:a septentrione & oriẽte Lugdunensem ab euro & meridie Narbõensem prouinciam contingit. Hispania uniuerso terrarum situ trigona est:& circumfusione oceani Tyrrhenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad orientem:a dextris Aquitanica prouincia:a sinistris Balearico mari coartatus Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit:ubi Brigantia galleciæ ciuitas sita altissimum Pharum & inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniæ exiit. Tertius eius angulus est:quo Gades insulæ intentæ in Aphricum Atlantem montem interiecto sinu oceani pro-

spiciũt Hispaniã citeriorẽ ab oriente incipientẽ Pyrenei saltus a pte septentrionis usque ad Cantabros Asturesque deducit:atque inde p Vacceos & Oreatanos quos ab occasu habet:positam in nostri maris littore Carthagine3 determinat. Hispania ulterior habet ab oriente Vacceos:Celtiberos:& Oretanos:a septentrione oceanũ ab occasu oceanum:a meridie gaditanum oceani fretum. Inde mare nostru3: quod Tyrrhenum uocatur:immittitur. Et quoniam oceanus habet ĩsulas quas Britãniã & Hiberniã uocãt: quæ in aduersa galliaru3 parte ad prospectũ Hispaniæ sitæ sunt:breuiter explicabuntur. Britãnia oceani insula per longum in boream extenditur:a meridie gallias habet: cuius proximum littus transmeantibus ciuitas aperit:quæ dicitᷣ Rhutupi portus: undẽ haud procul a Morynis in austro positos Menapos Batasiosque prospectat. Hæc insula hẽt in longu3 milia passuũ octingenta:in latum milia ducẽta: a tergo ãt:unde oceano infinito patet:Orchadas insulas habet:q̃rum uiginti desertæ sun t:tredecim incolunt. Deĩde ĩsula Tyle quæ p infinitũ a cæteris separata circiũ uers⁹ medio sita oceão uix paucis nota habetᷣ. Hybernia insula ĩter Britanniã & hispaniã sita ẽ:quæ lõgiore ab Aphrico in boreã spacio porrigitᷣ. Huius ptes priores intentæ Cantabrico oceano Brigantiã galleciæ ciuitatẽ ab aphrico sibi incirciũ occurrente spatioso interuallo procul spectãt: ab eo p̃cipue promontorio ubi Senæ fluminis ostium ẽ:& Velabri Lucenique consistũt. Hæc propior Britãniæ spatio terraꝝ angustior:sed cœli solisque tẽperie magis utilis a Scotorum gentib⁹ colitᷣ. Huic etiam Meuania insula ꝓxima ẽ:& ipsa spatio nõ paruo solo cõmoda æque a Scotoꝝ gentib⁹ habitatᷣ. Hi sunt fines toti⁹ Europæ. Aphricam:ut dixi:cum tertiã orbis ptem maiores nostri accipiẽdam descripserint:non spatiorum mensuras:sed diuisionum rationes secuti sunt. Mare hoc siquidem magnũ:quod ab occasu ex oceano oritur:in meridiem magis uergens angustiorem inter se & oceanum coartatæ Aphricæ limitem fecit:unde etiam aliqui q̃uis eam longitudine parem: tamen multo angustiorem intelligẽtes:inuerecundum arbitrati tertiam partem uocare:sed potius in Europa Aphricam deputantes:ad secundam portionem appellare maluerunt:præterea cum multo amplius terræ in Aphrica ardore:solis:q̃ in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum sit:quippe cum omnia pene animantia uel germinantia patientius & tolerabilius ad summum frigoris q̃ ad summum caloris accedant:ea scilicet causa est:Aphricam per omnia situ & populis minorem uideri. Et quia natura sui min⁹ habet spatii:& cœli inclæmentia plus deserti:cuius descriptio per prouincias & gentes hæc est. Libya cyreniaca & Pentapolis post Aegyptum in parte Aphricæ prima est. Hæc incipit a ciuitate Parethonio & montibus Catabatynon:inde secundo mari usque ad aras Philenorum extenditur. Post se habet usque ad oceanu3 meridianum gentes Libyorum Aethiopum & garamantu3. Huic est ab oriente Aegyptus:a septentrione mare Libycum:ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ:contra quos insula Calypso est:a meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana prouĩcia: quæ & Subuentana:uel regio Arzugum dicitur: ubi Leptis magna ciuitas est:q̃uis Arzuges per longum Aphricæ limitem generaliter uocentur:habet ab oriente aras Philenoru3 inter Syrtes maiores & Troglodytas: a septentrione mare Siculum:uel potius Adriaticum:& Syrtes minores: ab occasu Byzantium usque ad lacum Salinarum:a meridie barbaros getulos Nathabres & garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes Byzantium Zeugis & Numidia. Zeugis autem prius non unius conuentus: sed totius prouinciæ generale nomen fuisse inuenimus. Bizantium ergo: ubi Hadrumentus ciuitas. Zeugis ubi Carthago magna. Numidia ubi Hypos

regius & Nisiccada ciuitates sunt: habent ab oriente syrtes minors & lacū salinarum: a septētrione mare nostruз: qđ spectat ad siciliam & sardiniā insulas: ab occasu mauritaniam sitiphensem: a meridie fōtes uzaræ & post eos Aethiopum gentes puagātes usqз ad oceanuз Aethiopicum Sitiphenses & Cæsarienses. Mauritania habet ab oriēte Numidiam: a septentriōe mare nostruз: ab occasu flumen Maluā: a meridie mōtem Astrixim q diuidit inter uiuaз terram & harenas iacentes usqз ad oceanuз & oberrāt Gangines æthiopes. Tingitana mauritania ultima est aphricæ. Hæc habet ab oriente flumē Maluaз: a septentriōe mare nostruз usqз ad fretuз Gaditanuз: quod iter Hauennem & Calpeз duo cōtraria sibi ꝓmōtoria coartatur: ab occidente Atlanteз monteз & oceanum Atlanticū sub Aphrico Hesperiū mōteз: a meridie gētes Aulolum: qs nūc Galaules uocant usqз ad oceanū Hespiuз cōtingētes. Hic ē termin9 uniuersæ aphricæ. Nūc īsulaꝝ q̄ in nostro mari sūt: loca: nomīa: & spacia dimetiar. Insula Cypros ab oriēte mari Syrio qđ Missicū uocāt: ab occidēte mari pāphilico: a septētriōe Vulōe Ciliciæ: a meridie Syriæ & phœnicis pelago cingit: cui9 spatiū ī longuз tenet milia passum cētuз septuagītaquiqз: ī latū milia passuuз cētū uigītiqnqз. Insula Creta finit ab oriēte Carphatio mari: ab occasu & septētriōe mari cretico: a meridie mari Libico: qđ & Adriaticū uocāt. Habet ī lōgū milia passuū cētuз septuagītaduo: & in latuз quinqginta. Insulæ Cyclades: quaꝝ ē ab oriente prima Rhodos a septentriōe Tenedos: a meridie Carpatos: ab occasu Cythera. Ab oriente finiunt littorib9 Asiæ: ab occidēte mari Icario: a septentriōe mari Aegæo: a meridie mari Carpatio. Sunt aūt oēs Cyclades numero qnqginta tres. Hæc tenent a septētriōe in meridieз milia passuū quinqginta: ab oriēte ī occasum milia. cc. Sicilia īsula tria habet ꝓmōtoria: unū qđ dicit Pelor9 & aspicit ad aqlonē: cui Messana ciuitas ꝓxima ē: scđm quod dicit Pachynus sub quo ciuitas Siracusana respicit ad Euronotū tertiū quod appellat Lilybeus: ubi & ciuitas eiusdeз nominis sita ē: dirigiturqз in occasuз. Hæc habet a Peloro ī pachynū milia passuum centū qnquaginta noueз. a Pachyno ī Lilybeum centuз septuagitasepté milia. Hæc ab oriente cīgit mari Adriatico: a meridie mari Aphrico: qđ est cōtra Subuentanos & syrtes minores: ab occidēte & septentriōe habet mare Tyrrhenū: a borea usqз ad subsolanū fretū Adriaticū qđ diuidit Tauronimitāos Siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & Corsica īsulæ puo freto hoc ē miliuз uigīti passuū diuidunt: ex qb9 Sardinia habet a meridie contra Nūidiā Caralitāos: cōtra Corsicā īsulaз: hoc est septētrionē uers9 habet Vlbienses: cui9 ī lōguз spaciuз tenet milia passuuз. cc. xxx. ī latū milia centū octuagita. Hæc habet ab oriente & bora Tyrrheicū mar: qđ spectat ad portū urbis Rōæ: ab occasu mar Sardū: ab aphrico īsulas Baleares lōge positas: a meridie Numidicuз sinū: a septentriōe ut dixi Corsicā. Corsica īsula multis ꝓmōtoriis angulosa ē. Hæc habet ab oriēte Tyrrhenū mar & portū urbis: a meridie Sardiniā: ab occasu īsulas Baleares: a circio & septētrione Ligusticū sinū. Tenet āt ī lōguз milia passuū. c. lx. in latū milia. xx. &. vi. Insulæ Baleares duæ sūt maior & minor: quibus insunt bina oppida: maior Tarraconem Hispaniæ ciuitatem: minor Barchilonam septentrionem uersus contra se habet. Maiori subiacet insula Hebusus: deinde ab oriente Sardinia: ab aquilōe mare Gallicū: a meridie & aphrico Mauritanicum pelagus: ab occasu Ibericum spectat pelagus. Hæ sunt insulæ ab Hellesponto usque ad oceanum per totum magnum pelagus constitutæ: quæ & cultu & memoria magis cælebres habentur. Percensui breuiter: ut potui ꝓuītias & insulas orbis uniuersi: nunc locales gentium singularum miserias: sicut ab initio incessabiliter extiterūt & qualiter quibusque exortæ sint inquantum suffecero: proferam.

Hic ponitur diluuii uindicta. Cap. III.

CVm post fabricā ornatumque mundi hui⁹ homo: quē rectum atque īmaculatū fecerat deus morti se substrauisset: ac perīde humāum genus libidinis deprauatū peccatis fundit⁹ obsorberetur: cōtinuo iniustā licentiā punitio iusta cōsecuta est. Sētentiā creatoris dei & iudicis peccāti homini ac terræ ꝓpter hominē destinatā: semperque: dū homines terrā habitauerint: duraturā omnes uidelicet aut ꝓbamus negādo: aut cōfitendo toleramus: obstinatique mētibus testes sibi infirmitas sua īnurit: quib⁹ fidelis scriptura nō suaserit Deinde refuso sub Noe ī omnē terrā mari immissoque diluuio: cū toto orbe cōtecto unū spatiū cœli esset ac pelagi: deletū fuisse uniuersum humāum genus paucis ī arca fidei suæ merito ad substituēdam originē reseruatis: euidentissime ueracissimi scriptores docēt. fuisse tamen etiā illi cōtestati sunt: qui præterita quidē tēpora ipsumque auctorem tempoꝝ nesciētes tamen ex īdicio & coniectura lapidum: quos ī remotis montib⁹ conchis & ostreis scabros etiam sæpe cauatos aquis uisere solemus: coniiciendo didicerunt. Et q̄uis huiusmodi adhuc & relatu digna fideque certa proferri a nobis queant. tamē hæc ueluti principalia duo de præuaricatione primi hominis & condemnatione generatiōis uitæque eius: ac de in de perditiōe totius generis humani dicta sufficiāt tātum ut siqua gētiles historici de nostris aliquo ordine contigerint: hæc plenius cum cæteris ipso quo incurrerint ordine proferantur.

Primus Ninus rex Assyriorum. Cap. IIII.

ANte annos urbis cōditæ mille. ccc. Ninus rex Assyrioꝝ primus ut ipsi uolūt: propagandæ dominationis libidine arma foras extulit: cruentāque uitam quīquaginta p annos totam Asiam bellis egit a meridie atque rubro mari surgēs sub ultimo septētrione. Euxinum pontū uastando perdomuit. Scythicamque barbariem adhuc tunc imbellem & īnocētem torpentēque excitare sæuiciā: uires suas nosse: & non lac iam pecudū: sed sanguinem hominuꝫ biberꝫ: ad postremum uincere: dum uīcit edocuit. Nouissime Zoroastrem Bactianorum regem: eundemque magicæ artis: ut ferunt reptorem pugna oppressum interfecit. post ipse dum deficientem a se oppugnant urbem: sagittæ ictu interiit. Huic mortuo Semirāis uxor successit: uirum aīo & habitu gerēs: auidosque iam usu sanguinis populos per quadragintaduos annos cædibus gentiū exercuit. Non cōtēta terminis mulier: quos a uiro suo tūc solo bellatore quīquaginta annis acquisitos suscæperat. Aethiopiam bello pressam: sāguine illitam īperio adiecit. Indis quoq; bellum ītulit: quos præter illā & Alexādrū magnuꝫ nullus ītrauit: quod eo tempore ideo crudelius grauiusq; erat: q̄ nunc est pseq & trucidare populos in pace uiuentes: qa tunc apud illos nec foris erāt ulla incēdia belloꝝ: nec domi tāta exercitia cupiditatum. Hæc libidīe ardens: sanguinē sitiens inter incessabilia stupra & homicidia cuꝫ omnes: quos regie accersitos meretricie habitos cōcubitu oblectasset: occideret: tandē filio flagitiose cōcæpto; impie exposito: īceste cognito priuatā ignominiā publico scelere obtexit. Præcepit enim ut īter parētes ac filios nulla delata reuerētia naturæ de cōiugiis appetendis: quod cuiq; libitum esset: libitum fieret.

Q uod ignis de cælo descendit in Pentapolim. Cap. V.

ANte annos urbis conditæ. M. c. lx. confinē Arabiæ regionē: quæ tunc Pētapolis uocabatur: arsisse penitus igne cœlesti: inter alia etiam Cornelius tacitus refert qui sic ait. Haud procul īde campos: quos ferunt olī uberes: magnisq; urbibus habitos fluminum iactu arsisse: sed māere uestigia: terrāq; ipsā specie solida uim frugiferam perdidisse. Et cum hoc loco nihil de incensis ꝓpter peccata hominum ci-

uitatibus:quasi ignarus expresserit:paulo post uelut oblitus cõsilii:subiecit & ait. Ego sicut inclytas quondam urbes igne cœlesti fragasse concesserim:ita halitu lacus ĩfici terram & corrũmpi reor. Quo dicto inuitus licet de exustis urbibus quæ proculdubio peccatorum noxa conflagrauerant:& scisse se & concessisse confossus:palam prodidit: non sibi cognitionis fidem defuisse:sed exp̃mendæ fidei uoluntatem: quod nunc a me plenius profertur. In confinio Arabiæ & Palestinæ:qua dimissi altrinsecus montes subiectis campis excipiuntur quinq; ciuitates fuisse referuntur Sodoma:Gomora: Adama:Seboim:& Segor.sed Segor ex his parua.illæ magnæ & amplæ:quippe quib9 & soli fœcunditas suberat.& Iordãis fluuius p plana diffusus:ac p opportũa diuisus augmentis ubertatis impẽdebatur. Huic uniuersæ regioni bonis male utẽti abundãtia rerũ causa maloꝝ fuit. Ex abũdãtia.n. luxuria ex luxuria fœdæ libidines adoleuere:adeo ut masculi in masculos operãtes turpitudinẽ:nec cõsideratis qdẽ locis cõditiõibus ætatibusq; proruerent. Itaq; iratus deus pluit sup hanc terrã ignẽ & sulphur:totãq; regionẽ cum populis atq; urbibus exustã testẽ iudicii sui futurã æterna dãnatione dãnauit ut nũc quoq; appareat quidẽ forma regiõis:sed inueniatur regio cineris:mediãq; cõuallẽ: quã iordanis irrigauerat:nũc mare superfusũ tegat:tãtumq; de rebus ut putatur: paruis diuine indignatiõis iudiciũ accensũ est:ut pp̃ter hoc illi male utẽtes bonis: fructus miseriarũ:nutrimẽta libidinũ fecerãt:terra quoq; ipsa quæ has habuerat ciuitates:primũ exusta ignib9:post oppressa aq̃s in æternã dãnationẽ cõmuni piret aspectui.

Vbi Romãi nihil mali se passos eẽ dixerũt:si circus illis redderet. Ca.vi.

Itaq; nunc si placet:hi:qui in Christũ:quẽ nos iudicẽ sæculoꝝ ostẽdimus:quãtum in ipsis ẽ sputa coniiciũt:inter Sodomã & Romã discernant causas:& cõferãt pœnas:quæ a me uel maxime ob hoc retractãdæ non sunt:qa omnibus notæ sunt. Et tamen quãlibẽter eorum sentẽtias acciperẽ:si illi fideliter: ita ut sentiũt faterẽtur quãquam quod de tẽporibus christianis rari & hoc ĩ angulis murmurẽt: nõ usqueadeo moleste accipiẽdum putem cũ totius populi romãi cõsona uoce pariq; iudicio sẽsus ac sermo sit cognitus. Adeo quodam aũt paruo:& leui motu hæsitasse erga se parum p consuetudinẽ uoluptatum ĩdubitatissime cõtestatus est:ut libere cõclamaret: si reciperet circu3 nihil esse sibi factum:hoc est:nihil egisse Romæ Gothorum enses: si concederet̃ spectare Romanis circẽses: Nisi forte ut se habet apud plærosque hoc præcipue tempore:qui ex longa requie: uel paruam obortam sollicitudinẽ intolerabilem laborem putant. has clæmentissimas admonitiones quibus omnes aliquando restringimur:alienis punitiõibus auditis lectisque præponunt. Quos saltem de hoc ipso exitu Sodomoꝝ & Gomorreorum moneo:ut discere atque intelligere queant:q̃liter de9 peccatores puniuerit. qualiter punir̃ possit. qualiter puniturus sit. Ante ãnos urbis cõditæ mille.septuagita dum Thelcises & Carsathii peruicax prælium aduers9 Phoreneum regem Argiuoꝝ:& Parapasios accipiunt:spem sine fructu uictoriæ gesserũt: Idẽque Thelcises & Carsathii post paululum bello uicti:patria p̃fugi:ignarique reꝝ: credentes quia se penitus a congressu totius humanæ habitationis abstraherẽt: Rhodũ insulã quæ Ophiusa antea uocabat̃:quasi tuta possessione cæperunt.

Vbi in Achaia sæuum diluuium actum est. Cap. VII.

Ante annos urbis conditæ mille.xl.in Achaia sæuum diluuium uastatiõe plurima totius pene prouinciæ fuit. Quod quia Ogygis: qui tunc Eleusinæ cõditor & rex erat temporibus effusum est:nomen loco ac tempori dedit.

De fame:quæ fuit in Aegypto. Cap. VIII.

ANte annos conditæ urbis mille.xlviii.fuisse apud Aegyptum primum insolitã fastidiendamque ubertatem:deinde iugem atque intolerabilem famem legimus:cui Ioseph uir iustus & sapiens diuina prouisione subuenerit:ut Pompeius historicus refert.eiusque breuiator Iustinus docet:qui inter cætera sic ait. Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit:cuius excellens ingenium fratres ueriti interceptũ peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus deportatum in Aegyptum:cum magicas sibi artes solerti igenio percepisset: breui ipsi regi percarus fuit.Nam & prodigiorum sagacissimus erat.& somniorum primus intelligentiam cõdidit. Nihilque diuini iuris:humanique ei incognitum uidebatur:adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens:fruges congregasset. Tantaque eius experimenta fuerunt:ut non ab homine:sed a deo responsa accepisse uideretur. Filius Ioseph Moyses fuit:quem præter paternæ scientiæ hæreditatem etiã formæ pulchritudo cõmendabat. Sed Aegyptii cum scabiem & uitiliginem paterentur:responso moniti eum cum ægris:ne pestis ad plures serperet:terminis Aegypti pellunt. hæc Iustinus. Sed quoniã hæc idem Moyses:quem isti sapientem scientemque fuisse attestantur:plenius ueriusque tanq̃ per se suosque gesta conscripsit:primum fide eius atque auctoritate: quam etiam isti probant:horum ignorantia est supplenda. dehinc sacerdotum Aegyptioꝝ fallax malitia confutanda est:qui uel astu:quod manifestius est:euidentem iram miseri cordiamq; ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt:particulatim expositione confusa ne in contumeliam idoloꝝ suorum eum colendum merito ostenderent:cuius consilio annunciata hæc mala:& auxilio euitata docuissent:uel forte ut indulgẽtius accipiamus obliti sunt. Illius.n.nostri Ioseph:qui fuit ueri dei seruus:& pro creatura domini sui pie intenteque sollicitus:prouisione ipsi abundabant frugibus:quasi sacerdotes: sed quia falsi sacerdotes erant:cum cæteris esurientibus nõ dolebant. Enimuero:cui placet:obliuiscitur cui dolet:meminit:q̃q̃ huius temporis argumentũ historiis factisq; reticentibus ipsa sibi terra Aegypti testis pronũciat:quæ tunc redacta in potestatem regiam: restitutaq; cultoribus suis ex omni fructu suo usque ad nunc quintæ partis incessabile uectigal persoluit. Fuit itaq; hæc fames magna sub rege Aegyptiorum Diapolito:cui nomen erat Amosis quo tempore Baleus Assyrios:Argiuos Apis regebat. Fuerunt ãt ante annos famis septem præcedentes alii septem ubertatis anni: quorum affluentiã tanto negligentius perituram:quanto uberius natam Ioseph noster solertia sua collegit:& condidit:totamq; Aegyptum conseruauit. Acquisiuit uniuersam Pharaoni pecuniam & deo gloriam reddens dispensatione iustissima:cui uectigal uectigal:cui honorem honore omnium pecora:terras:censusq; collegit.ipsos autem qui semetipsos cũ terris suis accipiendæ stipis taxatione uendiderant statuta qntæ partis pactiõe laxauit. Hunc Ioseph:quẽ cõstituit deus Aegyptiis cõseruatæ salutis auctorem:quis credat ita in breui eorũ excidisse memoria:ut filios eius atq; uniuersam cognationem paulo post seruitio addixerint:laboribus affecerint:internitionibus profligauerint. Quamobrẽ nõ ẽ mirandum:si nunc quoq; aliq̃ reperiunt̃:qui cũ a ceruicibus suis impendẽtem gladiũ prætento christiano noĩe auerterint ipsum nomẽ christi:quo solo salui sunt:aut dissimulent:aut infament:grauariq; se eorũ tẽporibꝰ asserãt: quoꝝ meritis liberant̃.

De Amphitryone Deucalione & Libero. Cap.ix.

ANno.dccc.decimo ante urbem cõditam Amphitryon Athenis tertius a Cecrope regnauit: cuius temporibus aq̃rum illuuies maiorem ptem populoꝝ Thessaliæ absumpsit: paucis per refugia mõtium liberatis maxime in monte

Parnaso:in cuius circuitu Deucalion tũc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus cõ fugientes susceptos per gemina Parnasi iuga fouit aluitq;:a quo ꝓpterea genus huma num reparatum ferunt. Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas dirosq; morbos pe ne usq; ad desolationẽ exæstuauisse Plato testatus est. Et ne forte diuisa tẽpora esse cre dantur iræ dei furorisq; belici:ea tempestate subactam Indiam Liber pater sãguine ma defecit: cædibus oppleuit: libidinibus polluit:gentem utiq; nulli hominũ ũnq̃ obnoxi am uernacula tantum quiete contentam.

Hic dicit̃ ꝙ popul⁹ dei ĩ Aegypto afflict⁹ ẽ:& decẽ plagis ꝑcussa ẽ Aegypt⁹ ca. xii

ANno ante urbem conditam octingentesimo quinto infanda Aegyptiis mala atq; intolerabiles plagas ĩcubuisse Pompeius Corneliusq; testãtur: qui quidẽ cum hæc ambo de Iudeis referẽda ꝓponantur:aliquãtulum me pro sua diuer sitate mouerunt:ait enim Pompeius siue eius abbreuiator Iustinus hoc modo Aegyp tii cum scabiem ac uitiliginem paterentur:responso m oniti Moysen cum ægris ne pe stes ad plures serperet terminis Aegypti pellunt:dux igitur exulum factus sacra Aegy ptiorum furto abstulit:quæ armis repetentes Aegyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt. At uero cornelius de eadem re sic ait. Plurimi auctores consentiunt cũ orta per Aegyptum tabes corpora fœdaret regem Boccorum adito Ammõis oraculo remedium petentem purgare regnum:& id genus hominum ut ĩuisum diis alias in ter ras uehere iussum:sic conquisitum collectumq; uulgus postquã uastis in locis relictũ sit:cæteris per lachrymas torpentibus Moysen unum exulum monuisse:ne quã deo rum temploꝝ homiũue opem expectarent:sed sibimet duci cœlesti crederent primo cu ius auxilio præsentes miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit ꝙ ipsis Aegyptiis co gentib⁹ in deserta propulsi sunt Iudei:& postea subiungit incaute ꝙ ope Moysi ducis in Aegypto miserias pepulissent:q̃re ostenditur quædã quæ per Moysen strenue acta sunt fuisse celata. Item Iustinus asserit pulsum æque cum populo Moysen sacra Aegy ptioruз fuisse furatum:quæ Aegyptios armis recipere molientes coactos tempestati bus ac repulsos domuз redisse. Et hic aliq̃d amplius & si nõ totum prodidit quod ille ce lauit:quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt:ab ip so si cut quæ per eum & gesta & dicta sunt proferãtur:cum populum dei:hoc est genus Io seph Aegyptii cuius ope salui erant seruitio oppressum labore cruciarent:insuper etiaз ad necãdam sobolem suam crudeli imperio cogerent:dimitti deus populum suum libe rum ad seruiẽdum sibi per Moysen nunciũ iubet:contẽptusq; durissimis contumaces suppliciis agit:qui decem plagis onerati ac protriti tandem quos dimittere noluerãt eti am festinare coegerunt:post aquas in sanguinem conuersas ardentib⁹ siti grauiora af ferẽtes pœnaruз remedia q̃ pœnas:post horridos ranarum squalores per omnia mun da ĩmundaque reptantes:post ignitos siniphes & nunq̃ se toto aere uibrãtes pene ine uitabiles:post muscas caninas etiam per interiora membroruз horridis motib⁹ cursi tãtes acerbeque inferentes tam grauia tormẽta q̃ turpia:post grãdeз omnium pecorũ & iumẽtorum repentinaз ruinã:stragemque generalem:post uesicas efferuescẽtes:ul ceraque manantia:& ut ipsi dicere maluerunt scabiẽ ac uitiliginem totis corporib⁹ erũ pentem:post grandinem cũ igne ꝑmixtam passim hõines armenta atq; arbores ꝓterẽ teз:post locustarum nubes exhaustis oĩbus ipsas quoq; radices semium persequentes: post tenebras imaginib⁹ diras:crassitudine palpabiles: diuturnitate ferales:postremo post uniformẽ ĩ tota Aegypto primitiue sobolis neceз:parẽque ꝑ uniuersos orbitatũ tẽpestateз q̃ iubẽti deo nõ cesserãt:cesser̃ puniẽti:sз mox pessime pœnitẽtes dimissos ꝑ

sequi ausi ultima nefandæ peruicaciæ expendere supplicia: nam rex eoruȝ uniuersũ Aegypti exercitum curribus atque equitibus instructum in circũerrantes egit: cuius numerum hoc solo uel maxime argumento coniicere possumus: q̃ eum. dc. milia uiroꝝ timuerunt atque fugerunt. Sed protector depressorum & ultor cõtumacium deus diuisit subito rubrum mare: ac dilatatis utrinque marginibus rigentium undarum ĩ mõtis faciem latera erecta suspendit: ut inoffensis pelagi uiis prouocatis: pii uiam desperatæ salutis: impii foueam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto per sicca gradientibus refusis a tergo aquarũ astantiũ molibus obruta ẽ & ĩterfecta cũ rege suo uniuersa Aegypti multitudo: tota prouincia plagis ante cruciata: ac postremo ĩterfectione uacuata ẽ. Extant etiã nunc certissima hoꝝ monumenta gestoꝝ: nã tractus curruũq; rotaꝝ orbitæ nõ solũ in littore: sed etiã ĩ ꝓfundo: quousque uisus admittit̃: peruidẽtur: & si forte ad tẽpus uel casu: uel curiositate turbant̃: cõtinuo diuinit⁹ ĩ pristinaȝ faciẽ uẽtis fluctibusq; reparant̃: ut si quis timore dei nõ doceatur uel ꝓpalatæ religionis studio: iræ eius trãsactæ ultionis terreat̃ exẽplo. His etiã tẽporibus adeo iugis & grauis æstus ĩcãduit: ut sol p deuia trãsuectus: uniuersũ orbẽ nõ calore affecisse: sed igne torruisse dicat̃: ĩpressũq; feruorẽ & Aethiops plus solitũ & ĩsolitũ Scytha nõ tulerit: ex quo etiã quidam: dum non concedunt deo ineffabilem potentiam: suas inanes ratiunculas conquirentes ridiculam Phætontis phabulam teruerunt.

De duobus fratrum filiis. Cap. XI.

ITem anno ãte urbẽ conditã septingentesimo septuagesimo qnto inter Danai atq; Aegisthi fratrũ filios qnq̃ginta parricidia una nocte cõmissa sũt. Ipe deinde tantoꝝ scelerũ fabricator Danaus regno: q̃d tot flagitiis acq̃sierat: pulsus: Argos cõcessit: ibiq; ĩdigne ꝑsuasus ĩ facinus argiuis Sthelenum: q eum ꝓfugum egẽtemq; suscæpat: regno expulit atq; ipse regnauit. Busiridis ĩ Aegypto cruentissimi tyrãni crudelis hospitalitas: & crudelior tũc religio fuit q innnocẽtem hospitũ sanguinẽ diis scelerũ suorum ꝑticipibus ꝓpinabat: q̃d execrabile sine dubio hominibus ipsis ne dũ etiã diis uideri põt. Tũc etiã a Progne Terei & Philomene ĩcestui parricidiũ adiũctum ẽ: exercrabilius utriq; cõuiuiũ per ĩfãdos cibos additũ ẽ: cuȝ pp sororis pudicitiã ereptã: ꝑcisamq; lĩguã filium paruuluȝ mater occidit: pater cõedit. Iisdeȝ tꝑibus Perse⁹ a Græcia ĩ Asiaȝ trãsuectus ẽ: ibi barbaras gẽtes graui diuturnoq; bello domuit: & nouissime uictor nom̃ subiectæ gẽti dedit: nãq; a Perseo Persæ uocati sũt. At ego nunc cogor fateri me ꝓspiciẽdi finis: quõ de tanta maloꝝ sæculi circumstãtia præterire plurima: cuncta breuiare: nequaquam. n. tam̃ densam aliquando siluam prætergredi possem nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

De regno Assyriorum: q̃d per qnquaginta r̃eges propemodũ actũ ẽ: Cap. XII.

NAm cũ regnũ Assyrioꝝ p mille cẽtuȝ sexagita ãnos usq; ad Sardanapalũ p qnquagita propemoduȝ reges actũ sit: & nunquã pene uel inferẽdis uel excipiẽdis usq; in id tẽpus bellis quieuerit: qs finis reperietur si ea cõmemorar̃ numerãdo: ne dicã describẽdo conemur: præserti cũ & Græcorum prætereũda nõ sint: & Romanoꝝ uel maxĩe recensẽda sint. Nec mihi nunc enumerare op⁹ ẽ Tantali & Pelopis facta turpia & fabulas turpiores: q̃ruȝ Tantalus rex Phrigioꝝ Ganimedẽ Trois Dardanioꝝ regis filiũ cũ flagitiosissime rapuisset: maiori cõserti certaminis fœditate detinuit: sicut Panocles poeta cõfirmat q maximũ bellũ excitatũ ab hoc fuisse cõmemorat: siue qa hũc ipsuȝ Tãtaluȝ utpote asseclam deoꝝ uideri uult raptũ puerũ ad libidineȝ Iouis familiari lenocinio ꝑparasse: q ipsũ quoq; filium Pelopẽ epulis eius nõ dubitarit impendere. Tedet etiam ipsius Pelopis contra Dardanũ atq; Troianos quælibet magna refer

re certamía:quæ quia in fabulis cælebrari solita sunt:negligentius audiũtur. Illa quoq; prætereo q̃ de Perseo & Cadmo Thebanis Spartanisque p inextricabiles alternãtium maloꝝ recursus Palephato scribẽte referunt. Taceo flagitia Lẽniadũ. Prætermitto Pãdiõis Atheniẽsiuꝫ regis flebilẽ fugã. Atrei & Thiestæ odia stupra & parricida cœlo quoq; iuisa dissimulo. Omitto Oedipũ iterfectorẽ patris:matris maritũ. Filioꝝ fratrẽ uictricũ suuꝫ sileri malo. Etheoclẽ atq; Polinicẽ mutuis laborasse cõcursibus ne quis eorũ parricida nõ esset. Nolo meminisse Medeæ amore sæuo sauciæ:& pignorũ parrulorũ cæde gaudẽtis:& qcquid tpibus illis ppetratũ cõiici dat:qliter hoĩes sustinuerit:qđ etiã astra fugisse dicuntur.

De certamine inter Cretenses & Atheniẽses. Cap. XIII.

ANno ante urbẽ cõditã quingentesimo.lx.atrocissimum iter Cretẽses & Athenienses certamẽ fuit:ubi utrinq; populis infeliciter profligatis cruentiorẽ uictoriã Cretenses exercuerunt:qui nobiliũ Atheniẽsiuꝫ filios minotauro:utrũ fero homini an humanæ bestiæ aptius dicã nescio:deuorãdos crudeliter addicebant:atque informe prodigium effossis Græciæ luminibus saginabant. Iisdem diebus Laphitæ & Thessali famosis nimium certauere conflictibus:sꝫ Thessalos Palephatꝰ in libro pmo incredibiliũ pdit:ipsos a Laphitis creditos dictosque fuisse cẽtauros:eo q discurrẽtes in bello equites:ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

Vbi Vesores rex Aegypti meridiẽ & septẽtrionẽ uẽdicare sibi uoluit. Cap. XIIII.

ANno ante urbem conditam.cccc.lxxx. Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem diuisas pene toto cœlo ac pelago plagas aut miscere bello:aut regno iungere studens:Scythis bellum primus induxit:missis prius legatis:qui hostibus parendi leges dicerent:ad quæ Scythæ legatis responderunt: stolide opulentissimum regem aduersus inopes sumpsisse bellum:quod timendum ipsi magis uersa uice fuerit propter incertos belli euentus:nulla præmia:& damna manifesta:porro sibi non expectandum:dum ad se ueniatur:sed ultro prædæ obuiam ituros Nec mora:nam dicta factis insequuntur:primum ipsum Vesorem territuꝫ refugere in regnum cogunt:destitutum uero exercitum inuadunt:omnemque belli apparatum capessunt. Vniuersam quoque Aegyptum populassent:nisi paludibus impediti repulsi fuissent. Inde continuo reuersi perdomitam cædibus infinitis Asiam uectigalem fecere:ubi per.xv.annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione reuocantur denunciantiũ:ni redeant:sobolem se a finitimis quæsituras. Medio autem tempore apud Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere:& in Cappadociæ Ponticæ ora iuxta amnem Thermodoontem consederunt campis Themiscireis sibi subiectis:ubi diu proxima quæque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horum uxores exilio ac uiduitate permotæ arma sũmunt:&:ut omnibus par ex simili conditione animus fieret:uiros:qui supererãt:interficiunt:atque accensæ in hostem sanguine suo ultionem cæsorum coniugum finitimoꝝ excidio cõsequũtur.

Vbi amazones arma sumpserunt. Cap. XV.

NVnc pace armis quæsita externos cõcubitus ineũt:æditos mares mox necãt. fœminas studiose nutriunt:iustis ĩfantiũ dexterioribus mamillis:ne sagittaꝝ iactu impedirẽtur:unde Amazones dictæ. Haꝝ duæ fuere reginæ:Marpesia & Lãpedo:quæ agmine diuiso ĩ duas partes uicissim curã belli & domus custodiã sortiebantur. Igit cũ Europã maxima parte domuissent:Asiæ uero aliquantis ciuitatibus captis:ipsæ aũt Ephesum aliasq; urbes condidissent:præcipuam exercitus sui partem onustã opulẽtissima præda domũ reuocãt:reliquæ ad tuẽdũ Asiæ ĩperiuꝫ relictæ cum

Marpesia regina cõcursu hostiũ trucidãť. Huius locũ capessit Orethia filia: quæ singularem uirtutibus gloriã ꝑpetua uirginitate cumulauit. Hac fama excitas gẽtes tãta admiratio & formido ĩuaserat: ut Hercules quoq; cũ iussus fuisset a domino suo exhiberẽ arma reginæ: quasi ad ineuitabile piculũ destinatus: uniuersam Græciæ lectã ac nobilẽ iuuẽtutẽ cõtraxerit: nouẽ lõgas naues præparauerit: nec tãtũ cõtextus examĩe uiriũ ex ĩprouiso aggredi: & ĩspatas circũuẽiř maluerit. Duæ tũc sorores regno præerãt Arthiope & Orithyia. Hercules mari aduectus ĩcautas ĩermesq; pacis ĩcuria desides oppressit: ĩtercæsas captasq; q̃ plurimas. Duæ sorores Antiope & Menalippe ab hercule: & Hyppolite a Theseo retentæ sunt: sed Theseus Hippolytem matrimonio asciuit: Hercules Menalippeʒ sorori reddidit: & arma reginæ præcio redemptionis accæpit. Post Orithyiam Pentesilica regno potita est: cuius Troiano bello clarissimo inter uiros documenta uirtutis accæpimus: Cap. XVI.

Hic dicitur de Gothis: quos Alexãder & Cæsar esse uitandos iudicarũt.

niensibus ordinati. xxx. tyrāni exoriunt̄:q prīo se tribus. M. satellituʒ stipāt: mox etiā.
dcc. milites uictoris exercitus lateribꝰ suis circumponunt:cædeʒ oīum passim futurā:
occiso Alcibiade auspicāt̄:q fugiens ī itinere clausus cubiculo uiuus īcensus est: quo in-
terfecto:ultore q̄si sublato:securi miseras urbis reliq̄as cædibus rapinisq; exhauriunt:
Theramenē quoq; unuʒ ex numero suo:cui hæc displicere senserunt:in exemplūq; re
liquoꝝ trucidāt. Itaq; omnes passim ex urbe diffugiunt sʒ interdictu Lacedæmonioꝝ:
cuʒ p totā Græciā exulibꝰ negaret̄ hospitiuʒ:omnes se ad Argos ac Thebas cōtulerūt:
ubi ita hospitalitatis obseq̄o fræti sunt:ut nō soluʒ doloreʒ amissæ patriæ lenirent:ueꝝ
etiā spē recuperādæ meditarent̄. Erat īter exules Thrasybulus uir strenuus:& generis
nobilitate inter suos clarꝰ:q auctor audendi ꝓ patria fuit. Itaq; castelluʒ Philenē Atti-
coꝝ finiuʒ collecti exules capiunt:multaruʒq; ciuitatuʒ opibꝰ adiuti uires capessunt q
bus q̊q; Lysias Syracusāus orator:q̄si ī auxiliuʒ urbis q̄ esset patria cōmunis eloq̄ntiæ.
.d. milites cū stipendiis suis misit:atrox id prœliuʒ fuit:sʒ his ꝓ patria:ꝓ libertate:illis ꝓ
aliena dominatiōe certātibꝰ aīoꝝ atq; causaꝝ ipsa q̊q; tulit pugna iudiciuʒ: nā uicti ty-
rāni in urbeʒ refugerunt:omnesq; q̊s ex Atheniensibꝰ prius sibi satellites legerat tunc
suspectos ꝓditiōis ab urbis custodia remouerunt: Thrasybuluʒ quoq; ipsuʒ tentarī cor
ruptiōe ausi sunt:q̄d ubi frustra sp̄tuʒ est:accersitis a Lacedemōia auxiliis:rursus ī bellū
ruunt:ubi duo sæuissimi omniuʒ lōge tyrānoꝝ trucidāt̄. Cæteros uictos & ī fugā uer-
sos: Trasybulꝰ ubi uel maxīe atheniēses esse ītelligit clāore cōseq̄t̄:oīoe retinet:p̄cibꝰ li
gat:ꝓpōens āte oculos eoꝝ:q̊s fugerī uel ad q̊s refugere uellent:sibi aduersꝰ. xxx. domi
nos:ñ aduersꝰ ciues miseros bellū esse suscæptuʒ. Qui potiꝰ:oēs q se meminerint esse
Athenienses seq oporterī Atheniensiuʒ libertatis ultores. Itaq; hæc exhortatio tm̄ ap̄d
eos ualuit:ut mox reuersi in ciuitateʒ tyrānos arce decederī atq; Eleusin emigrarī cōpule

rit:q postq̄ i societatē urbis ciues suos eatēus exules excæpunt tyrānos ī bellū emulati-
one suscitāt:qb⁹ libertas alioꝝ q̄si ipsoꝝ seruit⁹ uidebat̃. Tūc īdicta pugna cū prius q̄si
ad colloquꝫ cōuenirēt circūuēti īsidiis ueluti pacis uictiæ trucidāt̃. Ita reuocati ī unū post
īexplebiles magnoꝝ lachrymas gaudioꝝ hæc patriæ fūdāīa recupatæ libertatis īstau-
rāt:ꝑposita iurisiurādi cōtestatiōe uti discordiæ aīositatesqꝫ ꝓteritæ ī obliuionē ꝑpetuaꝫ
atqꝫ ī imortale silētiū deducant̃. Quod pactiōis gen⁹ q̄si nouā uitæ īstitutionē nouāqꝫ
felicitatē stat⁹ sui īformātes Amnestiā uocauerūt:idē abolitionē maloꝝ. Sapiētissima
fuit hæc Atheniēsiū ꝑserti post tāta miseriaꝝ documēta ꝓuisio:si quo pacto res hūanæ
manēte cōsensu hominū ut ordināt̃:ualerēt. Sed adeo hoc idē placitū īter ipsa pene pla
citi uerba corruptū ē:ut uix ītercedente biēnio Socrates ille clarissim⁹ philosophoꝝ:ad
actus malis ueneno sibi apd̄ eos uitā extorserit. Deīde uix.xl.ānis īteruenīētib⁹: ut alia
sileā iidē Atheniēses adēpta sibi pēīt⁹ libertate sub Philippo Macedonū rege seruierīt.

Per cōcordiā res minimas crescere:& ꝑ discordiam labi maximas. Cap.XVI.

VErūtamē sapiētissimi oīum Atheniēses:ēt suis malis satis docti: cōcordia mini
mas res crescere:discordia maxīas labi:cūctaqꝫ uel bōa uel ēt mala q̄ foris gerū
tur īternis eē radicata & emissa pricipiis: dōi abstersere odia & foris bella ꝑsse-
rūt:reliquerūtqꝫ posteris suis de ruīa sua exēpluꝫ:de reparatiōe cōsiliū:si tñ ob īfirmissi-
mā hūanæ mētis mutabilitatē:qđ ī afflictis reb⁹ cōsulit:in ꝓsperis seruaret̃. Iisdeꝫ fere
dieb⁹ bellū ciuile īmo etiā pl⁹ q̄ ciuile uix parricidio termīatuꝫ apd̄ Persas gerebat̃:mor
tuo enī rege Dario cū Artaxerxes & Cyrus filii eius de regno ambigerēt:tādeꝫ magnis
apparatibus magnis ꝓuiciaꝝ ac populoꝝ ruinis ē utriqꝫ certatuꝫ:ī quo cōflictu cū e di-
uerso cōcurrentes sibi ābo fratres mutuo cas⁹ obiectauissēt:prior Artaxerxes uulnera-
tus a fratre eq uelocitate morti exēpt⁹ euasit. Cyrus āt mox a cohorte regia oppressus
fineꝫ certāīni dedit. Artaxerxes ergo & ꝑda fraternæ expeditiōis & exercitu potitus:po
testateꝫ regni parricidio firmauit:sic uniuersa Asia atqꝫ Europa ꝑtī in se singulæ:ꝑtī īter
seīuiceꝫ funerib⁹ & flagitiis ꝑmiscebant̃. Esse paruissima pagina uerbisqꝫ paucissimis
quātos de tot ꝓuinciis:populis atqꝫ urbibus nō magis explicui act⁹ opum q̄ īplicui glo
bos miseriaꝝ. Quis enī cladē illius tp̄is:qs fando funera explicet aut æqre lachrymis
posset dolores? Verūtamē hæc ipsa quia multo interiectu sæculorum exoluerunt:facta
sunt nobis exercitia īgeniorum & oblectamenta fabularum:quanq̄ siquis intentius ad
hibebat animum:seseque toto mentis affectu ipsis pene causis bellisqꝫ ꝑmisceat:ac rur
sus ueluti in arce spectaculi cōstitutus utrunqꝫ in suis qualitatibus tēp⁹ ꝑmetiat̃:facile
dixerim eum iudicaturum:neqꝫ illa nisi irato atqꝫ auersato Deo posse taꝫ infeliciter per
turbari ac permisceri neqꝫ ista sic nisi propitio & miserante componi. His deinde tempo
ribus grauissimo motu terræ concussa Sicilia:insup & æstuantibus Aetnæ mōtis igni-
bus fauillisqꝫ grādibus & calidis cum detrimento plurimo agrorum uillarumqꝫ uasta-
ta est. Tūc etiam Athalente ciuitas Locris adhærens terræ contigua repentino maris
impetu abscissa atque in insulam desolata est:Atheniensiū quoque miserabiles reliqui-
as pestis inuasit:diuqꝫ populata est.

De bellis Romanorum. Cap.XVII.

ANno ab urbe condita.ccclv.obsidio Veiorum.x.continuis annis obsesso
res magis q̄ obsessos detriuit:nam Romani repentinis sæpe hostium eru-
ptionibus cōminuti:præterea in hibernis bella sortiti: hyemare sub pellibus:
postremum famem ac frigus in conspectu hostium perpeti coacti sūt: urbem nouissi-
me sine ullo digno Romanæ uirtutis testimonio cuniculis & clandestina obreptiōe cæ
perunt. Hanc utilem magis q̄ nobilem uictoriam:primo dictatoris Camilli:qui eaꝫ de

Veientibus patrauit:exilium:dehinc irruptio Gallorum & icẽdiũ urbis insequitur:cui cladi audeat qsq̃:si potest aliquos motus tpis huius cõparar̃:quis nõ æque pẽdeat præteriti mali fabulã præsẽtis iniuria. Igit̃ Galli senones duce brẽno exercitu copioso & robusto nimis:cũ urbẽ Clusiã:quæ nũc Dusia dicit̃:obsiderẽt:legatos romanoꝝ:q tũc cõponẽdæ inter eos pacis gratia uenerant:in acie aduersum se uiderunt pugnantes:qua idignatione pmoti Clusini:oppidi obsidiõe dimissa totis uirib⁹ Romã cõtẽdunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu cõsul excæpit:nec tamen obstitit:immo potius hostilis ille impetus quasi aridam segetẽ succidit:strauit & transit. Testatur hãc Fabii cladeꝫ fluuius Alia:sicut Cremera Fabioꝝ. Nũ enĩ facile aliqs similẽ ruinã Romææ militiæ recẽseret:ẽt si Rõa isup icẽsa nõ esset:patẽtẽ galli urbẽ penetrãt:trucidãt rigentes simulacroꝝ modo i suis ædibus senatores:eosq; icẽdio domoꝝ crematos lapsu culminũ suoꝝ sepeliunt:uniuersã reliquã iuuentuteꝫ:quã cõstat uix mille hõinum tũc fuisse i arce Capitolii mõtis latitantẽ obsidiõe cõcludunt:ibiq; infelices reliqas fame: peste:desperatione: formidie terũt:subigũt:uẽdũt:nã mille libris auri discessiõis preciũ paciscũt̃: nõ q; apud Gallos Rõa parui nõis fuit:sed q; illã sic iã ãte detriuerãt:ut ãplius tũc ualere nõ posset. Exe[illegible]tibus Gallis remãserat in illo quõdaꝫ urbis ãbitu informiuꝫ ruinaꝝ obscœna congeries:& undiq; p impedita errãtiuꝫ:& iter sua ignotoꝝ offensa uocis imago:respõdentis trepidos suspẽdebat auditus:horrore q̃tiebat animos:silentioq; ipso terrebat. Siquideꝫ materia pauoris ẽ raritas ipsa uocis. Hic illis mutare sedes:aliud icolere oppidũ:altero ẽt censeri nomie cogitatuꝫ placituꝫ atq; tẽtatuꝫ ẽ. En tpa:quoꝝ cõparatione præsentia ponderant̃:en quibus recordatio suspirat:en q̃ incutiunt de eiecta: uel potius de neglecta religione pœnitẽtiã. Re uera pares sunt & cõferunt̃ inter se hæ duæ captiuitates: illa sex mẽsibus desæuiens:& tribus diebus ista trãscurrẽs. Galli extincto populo:urbe deleta:ipsius quoq; Romæ nomen i extremis cinerib⁹ psequentes:& Gothi relicta intentiõe prædandi ad cõfugia salutis:hoc ẽ sanctoꝝ locoꝝ agmina ignara cogentes. Ibi uix quenq; inuentum senatorem: qui uel absens euaserit: hic uix quenq; requiri: qui forte uel latens perierit recte sane potest cõparari: hunc fuisse ibi senatorum numerum: qui fuerit perditorum. Plane quod re proditur fatendum est:in hac clade præsenti plus deum sæuisse:homines minus:tum peragendo ipse:quod illi non ipleuissent cur eos miserit demonstrauit:quippe cum supra humanas uires esset incendere æneas trabes:& subruere magnarum moles structurarũ:ictu fulminum fotum cum imaginibus uanis:quæ superstitione miserabili:uel deũ uel hominem mentiũtur abiectum est:horumq; omnium abominatorum qđ immissa per hostem flamma non adiit:missus e cœlo ignis euertit. Et quoniã uber dicendi materia est:quæ nequaq̃ hoc cõcludi libro potest hic præsentis uoluminis finis sit:ut i subsequentibus cætera prosequamur.

Pauli Orosii tertii libri initium. Cap. .I.

IT In supiori iã libro ꝯtestat⁹ suꝫ:etiã nũc necessarie repeto ,scđm præceptũ tuũ de ãteactis cõflictatiõib⁹ sæculi:& me nec omnia posse q̃ gesta sũt:& sicut gesta sũt explicar̃:qm̃ magna atq; ĩnũera copiosissie a plurimis scripta sũt. Scriptores ãt & si ñ easdẽ causas easdẽ tamẽ res habuer̃ ppositas:qppe cũ illi bella:nos belloꝝ miserias euoluãus. Præterea ex hac ipa de q̃ queror:abũdãti ãgustia orit̃ mihi:& cõcludit me sollicitudo nodosior. Si.n.aliqua studio breuitatis õmitto:putabũt̃ aut mihi nũc defuisse:aut i illo tũc tpe ñ fuisse. Si uero significar̃ cũcta:nec exprĩere cũcta:nec exprĩere studẽs cõpẽdiosa breuitate succigo obscura faciã: & ita apđ plærosq; erũt dubia:ut nec

dicta uideat̃ maxie:cũ e cõtrario nos ui reꝝ:ĩ imaginẽ cõmẽdarẽ curē9. Breuitas ãt atq̃ obscuritas:imo ut ẽ sẽp obscura breuitas:etsi cognoscẽdi imaginẽ pfert:aufert tam̃ itelli/gẽdi uigorẽ. Sed ego cũ utrũq; uitãdũ sciã:utrũq; faciã:ut quocũq; mõ alterutra tẽpetẽ: nec mĩta ptermissa:nec multũ ɔstricta uideat̃.

Quomõ Galli romã icẽderũt. Ca. II.

ANno ab urbe cõdita.ccc:lxiiii. quẽ ãnũ sicut grauissimũ ꝓpter ignoratã sibi captiuitatẽ Roma presẽsit:ita magnificũ ꝓpter isolitã pacẽ Græcia habuit. Eo si/qdẽ tẽpore quo Galli Romã captã incẽsãq; tẽuerũt ac uẽdiderũt:Artaxerxes Rex Persaꝝ discedere ab armis & qescere in pace uniuersã Græciã p legatos pcepit:de/nũciãs cõtradictorẽ pacis bello impetẽdũ:quẽ ita iubẽtẽ potuissẽt utiq; Græci tã cõstan ter cõtẽnere:q̃ fortiter sæpe uicerũt:nisi porrectã undecũq; occasiõez:quã auide deside/rauerãt tã libẽter hausissẽt. Ostẽderũt.n.q̃ ægre & misere illa eatenꝰ gesserit:quæ tã fa/cile idigna ẽt cõditiõe deposuerũt:nã quid tã idignũ liberis & fortibꝰ uiris q̃ lõge remo/ti:sæpe ẽt uicti hostis:& deinde minitãtis iperio arma depõere:paciq; seruire:si nõ ipso tantũ ãnũciatæ pacis sono p corda cũctoꝝ ægra belli tabuisset itentio:& post diuturnas laboꝝ uigilias oscitãtes ac stupefactos qes inopinata laxasset:priꝰ q̃ ipsaz qetez uolũtas pacta cõponeret: Vnde ãt tãta fatigatio oĩuz p totã Græciã populoruz corda corporaq; oppresserit:quæ efferos animos ignoto acquiescere ocio tam facile psuasit:q̃ breuissime ostendã. Lacedæmonii utpote homines & Græci hoies:quo plura habebãt:eo amplio ra cupientes:postq̃ auxilio Atheniensium potiti sunt:uniuersam Asiã spe dominatiõis hauserunt. Itaq; toto orienti bellum mouentes: Hircilidem ducem in hanc militiam legunt:qui cũ sibi aduersus duos potẽtissimos Artaxerxis Persaꝝ regis præfectos Phar nabazum & Thissaphernẽ pugnãdũ uideret:prouiso ad tẽpus consilio:ut põdus gemi/næ cõgressionis eluderet:denũciato bello unũ appetit:alterũ pacta pace suspẽdit. Phar/nabazus:Thissaphernẽ apud Artaxerxem cõmunez tũc regẽ defert:ut ꝓditorẽ præser tim qui cũ hoste belli tẽpore de fœderis conditione pepigisset:hortaturq; regẽ ut i locũ eius Cononez Atheniensez uiꝝ:qui tuuc forte apud Cyprũ exulabat:ducez nauali bel lo cõstituat. Accæptis igitur qngẽtis argenti talentis Conõ p Pharnabazũ euocat̃:clas/siq; præficitur:quibus cõpertis Lacedæmonii & ipi auxilia naualis belli a rege Aegypti Hercinione per legatos petunt:a quo centũ instructas triremes & sexcẽta millia modia frumenti accæperũt:a sociis etiaz undiq; magna contraxere subsidia. Cui militiæ cõsen su omnium Agesilaum ducem decreuerũt:uirum pede claudum:sed qui in difficillimo rerum statu mallent sibi regez claudicare q̃ regnum. Raro nũq̃ ita pares omni idustria duces in unum coiere bellum:qui acerbissimis iuicez prœliis fatigati:& multo sãguine obliti:uelut inuicti ab alterutro recesserunt. Igitur Conon accæpto iteruz a rege Persæ magno stipendio:reuersus ad classem inuadit hostiles agros:turres:castella:cæteraq; præsidia expugnat: & ueluti effusa tempestas quacunque incumbit: cuncta proster/nit. Lacedæmonii uero domesticis malis circunuenti: externis inhiare desistunt: abii/ciuntq; spem dominationis:imminente periculo seruitutis. Agesilaum autem:quez cũ exercitu i Asiam miserant:ad subsidium patriæ reuocant. Interea Lysander dux apud Spartã per Hagesilaũ regez relictus maximã munitãq; classem tunc istruxerat:motus æmulatione uirtutis Hagesilai:ut illo pedestrez expeditiõez agitante:ipse quoq; nauali discursu ora maritima peruagaretur. Conon uero suscæpto oĩ negocio:duplicem curaz ipendebat:debens sociis sollicitudinez:patriæ fidez:ui huic exhiberet naturã:illis præbe ret industriaz:i hoc propensior ciuibꝰ:qđ quieti libertatiq; coꝝ alicui sãguinis discrimẽ ipẽderet:pugnare aduersus isolentissimos hostes periculo regis:præmio patriæ. Conse runt itaq; nauale certamen Persæ Conona:& Spartãi Lysandro duce:milites & reiges

ipsiq; ductores uno pariter i mutuā cædē ardore rapiunt. Magnitudine atq; attrocitate beli istius inclinat9 ex hoc semp est in posteꝝ Lacedæmōioꝝ status: prona nāq; ex illo fluere ac sublapsa retro referri spes Spartanoꝝ uisa: donec assurgēdo ægre ac misere recidēdo cōfecta & potestate careret & nomine. Atheniēsib9 uero hæc eadē pugna initiū recuperādæ potētiæ: sicut Lacedemōiis amittēdæ fuit. Primi igit Thebāi auxilio Atheniēsiū fulti supiore clade saucios ac trepidos aggrediunt: multa aīati fiducia ꝑpter uirtutē & idustriā Epaminūdæ ducis sui: cū quo sibi facile obtinere posse impiū toti9 Græciæ uidebātur. Fit itaq; terrestræ prœliū Thebāis minimo negocio uincētib9. Vicitur enī et hoc cōflictu Lysāder & occidit. Pausanias quoq; dux alter Lacedæmonioꝝ isimulat9 proditiōis in exiliū trudit. Thebāi aūt uictoria potiti: collecta uniuersi exercitus manu Spartā cōtēdūt putātes se uacuā ciuitatē præsidio: nullo itraturos negocio: cuius iā oēs pene copias cū ipso rege delessent: atq; ab oīb9 sociis destitutos uideret. Lacedæmōii piculo ciuitatis impulsi habito iexercitati militis qualicūq; delectu obuiā hosti ꝑcedūt. Sed uicti semel aduers9 uictores obsistēdi nec uirt9 nec anim9 erat. Cū igit cædes unius tātū pene partis ageret: repēte rex Agesilaus accersit9 ex Asia improuisus bello superuēit: Thebāosq; iā successu duplicis uictoriæ lætiores: segnioresq; aggredit: nec difficile superat: maxime cū adhuc apud ipm pene itegre uires haberētur. Ipse tamē Agesilaus grauiter uulneratus ē. At uero Atheniēses cū comperissent isperata Lacedæmonios uictoria subleuatos pristinæ seruitutis: de qua tū: respirare uix cœperāt: trepidi metu exercitū cōtrahūt: eūq; Boetiis iauxiliū adiūgūt cōmissu Iphicratis ducis: q adolescēs admodū uix dū uigīti ānos natus: ifirmitatē ætatis maturitatē animi nutriebat. Conō quoq; uir qdē atheniēsis: dux āt Persici exercitus audito Agesilai reditu: ad populandos Lacedæmōioꝝ agros reuertit. Ita Spartāi exercitu circūsonātiū undiq; hostium clausi atq; exterriti ultima ꝑpemodū desperatiōe tabuerūt. Sed Conō postq̄ uasta hostilis soli populatiōe satiatus ē: Athēas pgit i maximo gaudio ciuiū: ipe quippe tristis cū uideret urbē populo quōdā cultuque ornatissimā: tūc miserabili ruinaꝝ ac desolatiōis squalore cōfectā. Itaq; magnū pietatis miseratiōisq; monumentū i reparationē eius operatus est: nāq; eā a Lacedæmōiis exinanitā Lacedæmōioꝝ præsidiis repleuit. Persis incendētibus cōcrematā: Persis ædificātibus reformauit. Interea Artaxerxes rex Persaꝝ: sicut i pricipio dictū ē: uniuersis Grætiæ populis p legatos: ut ab armis discederēt: & paci acquiescerent impauit: nō q̄ misericorditer fessis cōsuleret: sed ne illo in Aegipto bellis occupato aliqua in regnū suū tētaret irruptio. Cūctis igit Græcis optatissima qete resolutis: domesticoq; ocio torpētibus Lacedæmōii inqeti magisq̄ strenui: & furore potius q̄ uirtute intollerabiles post bella deposita tētāt furta belloꝝ: nā speculati absentiā Archadū castellū eoꝝ repentina irruptiōe pfringunt. Arcades uero excitati iniuria iūcto sibi Thebanoꝝ auxilio amisso furto bellū repetūt. In eo prœlio Archedamus dux Lacedæmonioꝝ uulneratus: cū etiā cædi suos uictos uideret: occisoꝝ corpora per præconē ad sepulturā poposcit: qd signū uictoriæ traditæ iter Græcos haberi solet. Thebāi āt hac cōfessiōe cōtenti: dato pcendi signo: finē dedere certāini. Paucis deīde interueniētib9 induciaꝝ dieb9: Lacedæmōiis ad alia bella cōuersis Thebāi cū Epaminunda duce deīuadēda Lacedæmōia quasi secura & destituta cæpere fiduciā. Taciti intempesta nocte Lacedæmonē ueniūt: sed nō ita incautam uel indefensam: ut rebātur: offendūt. Armati enī senes cū reliqua turba imbellis ætatis: præcognito aduentu hostium: in ipsis se portaꝝ angustiis obiecerunt: & aduersus quindecim millia militū uix centū cōfecti æuo homines proruperunt. His itaq; tātā belli molem sustinentibus: iuuent9 supueniens congredi aduersus Thebanos aperto certamine incūctanter decreuit. Cōmisso prœlio cū

Lacedæmonii uincuntur: repēte Epaminūdas dux Thebanoꝝ īcautiꝰ dimicās uulneratꝰ: qua re dū his ex dolorē metꝰ: illis ex gaudio stupor nascit: ueluti ex ꝯsēsu tacito utrinq; discessū est. Epaminūdas aūt grauiter sautiatꝰ cū de uictoria suoꝝ cōperisset: scutūq; deosculatus esset: remota manu qua uulnus occluserat: egressu sanguinis ad mortē patefecit ītroitū: cuiꝰ mortē sic Thebanoꝝ pditio subsecuta ē: ut nō pdidisse ducē: sed ipi cū eo tūc piisse uiderent. Cōtextui īdigestæ historiæ: inextricabilē cladē atq; īcertos belloꝝ orbes huc atq; illuc lymphatico furore gestoꝝ uerbis euestigio secutꝰ implicui: quoniā tāto ut uideo īordīatiꝰ īscripsi qto magis ordinē custodiui. Improba dominādi Lacedæmonioꝝ cupiditas: q̄tis populis: q̄libꝰ urbibꝰ: qbꝰ ꝓuīciis: cuiusmōi odioꝝ motꝰ: q̄tas causas certaminū suscitarit: quas uel nūero: uel ordīe: uel ratiōe dispōat: cū ipi quoq; nō plus afflicti bellis q̄ belloꝝ cōfusiōe referātur: siqdē tracto p aliquot ætates cōtīuo hoc bello Atheniēses: Lacedæmōii: Archades: Boetii: Thebāi: postrēo Græcia: Asia: Persis atq; Aegiptiis cū Libya: īsulis quæ maximis nauales simul pedestresq; cōflictꝰ īdiscretis egere discursibꝰ: referre cæsa hominū millia nō posse: etiā si bella nūerarē. At nūc increpet hæc tēpora: atq; illa collaudet qcūq; nescit hosce oēs istaꝝ urbiū ꝓuinciarūq; populos: ita nūc ī solis ludis ac theatris cōsenescere: sicuti tūc ī castris maxime prœliisq; tabuisse: florētissima illa & totiꝰ tūc imperiū oriētis affectās Lacedæmōioꝝ ciuitas uix cētū habere potuit senes: ita īcessabilibꝰ circūuēta malis īmaturas expēdebat misere ætates. Et quærūt nūc hoīes: quoꝝ refertæ pueris & senibꝰ ciuitates secura iuuenuꝫ peregrinatiōe ditant: pacificisq; exercitiis stipēdia domesticæ uoluptatis acqrūt: nisi forte ut assolēt hūanæ mutabilitati sordere oī præsētia nouitate reꝝ actu audituq; pruriētibus etiā ipsa uita fastidio est.

Terræmotꝰ in Achaia aliquādo factus. Cap. III.

Anno ab urbe condita. ccc. lxxvi. sæuissimo terræmotu Achaia uniuersa concussa est: & duæ tunc ciuitates: idest Ebora & Helice abruptis locorum hiatibus deuoratæ. At ego nunc e contrario poteram similia ī diebus nostris apud Constantinopolim æque modo principeꝫ gentium: prædicta & facta: sed non perfecta narrare: cum post terribilem denunciationem consciamq; mali sui cōscientiam subter commota: funditus terra tremeret: & desuper fusa celitus flāma pēderet: donec oratiōe Archadii prīcipis & populi christiani: præsentē pditionē Deus exoratus auerteret: probans se solum eē & conseruatorem humiliū: & punitoreꝫ malorū. Sed hæc ut cōmemorata sint magis q̄ explicata: uerecundiæ concesserim: ut & qui scit recolat: & qui nescit īquirat. Interea Romāi: q p. lxx. annos ab urbe Volscorū: præterea Phaliscoꝝ: Aequorū & Sutrinorū subacti & attriti assiduis bellis conficie bātur: tādeꝫ in suprascriptis diebus Camillo duce cæpe easdeꝫ ciuitates: & rediuiuo fineꝫ dedere certāini. Prænestinos auteꝫ eodeꝫ tempore: q usq; ad portā Romæ bellādo & cedendo uenerant: ad flumen Aliā Tito quītio pugnāte uicerūt.

Dicit Romā graui pestilentia laborasse. Ca. IIII.

Anno ab urbe cōdita. ccc. lxxxiiii. Lutio genutio & Q uīto seruilio cōsulibus īgens uniuersā Romā pestilentia corripuit: n̄ ut assolet plus minusue solito tēpoꝝ turbata tēperies: hoc est aut ītempestiua siccitas hyemis: aut repentinꝰ calor ueris: aut īcōgruꝰ hūor æstatis: uel autūni diuitis īdigesta illecebra: īsup etiā expirata de Calabris saltibꝰ aura corrūpens: repētinos acutaꝝ īfirmitatuꝫ afferre trāscursꝰ: sꝫ grauia & diuturna: q̄ ī nullo dispar sexu: ī nulla dissimilis ætate generaliter cunctos p bieniū iugiter tabe cōfecit: ut et quos n̄ egit ī morteꝫ: turpi macie exināitos afflictosq; dimiserit. Cōquerent hoc: ut arbitror loco obtrectatores tēporis christiani: si forte silentiō præterierim: qbus tunc cærimōiis Romāi placauerint deos: & sedauerint morbos: cum pestilentia indies crudesceret: autores suasere pōtifices: ut ludi scænici diis expeten

tibus ædererēt:& ita pro depellenda tēporali peste corpoꝝ accersitus ē ꝑpetuus morbꝰ aīorū. Vber nunc qdē mihi locus iste doloris atq; īcrepationis ē:sed in quo iā reuerētia tua studiū sapiētiæ & ueritatis exercuit:mihi sup eo audere fas nō est. Cōmonuisse me satis sit & ex qualibet ītentiōe lectorez ad illius lectionis plenitudinē remisisse.

Marcus curtius se præcipitio dedit. Cap. V.

SEquit̄ hanc miserā lucē:miserioreq; eius expiationē ꝓxīo āno satis triste ꝓdigiū. Repēte siquidē medio urbis terra dissiluit:uastoq; præruptu hiātia subito interna patuerūt. Manebat diu ad spectaculū terroreq; cūctoꝝ patēti uoragīe īpudēs specus:nefariāq; uiui hoīs sepulturā diis īterprætibꝰ expectabat. Satisfecit īprobis faucibus præcipitio sui Marcus curtius:uir eques armatꝰ:īiecitq; crudeli terræ īopinatā satietatē:cui parū eēt:q ex tanta pestilētia mortuos ꝑ sepulchra suscipet:nisi etiam uiuos scissa sorberet.

Vbi regnū macedonū:& ubi natꝰ ē Alexāder. Ca. VI.

ANno ab urbe cōdita. ccc. lxxxviii. iteꝝ terribilis Galloꝝ inūdatio iuxta Anienē fluuiū ad q̄rtū ab urbe lapidē cōsedit:facile sine dubio pōdere multitudinis & alacritate uirtutis ꝑturbatā occupatura ciuitatem:nisi ocio & lētitudine torpuisset. Vbi atrocissimā pugnā Manlius torquatus singulariter inchoauit:Titus quintius dictator cruentissima cōgressione cōfecit:fugati ex hoc prœlio plurimi Galli:instauratis iterum copiis in bellum ruentes:a Gaio sulpitio dictatore superati sunt. Post paulum quoq; Tuscorum pugna sub Gaio martio consecuta est:ubi coniici datur:quāta hominū multitudo cæsa sit:quādo octo. M. sūt capta thuscoꝝ. Tertio aūt ī iisdē diebꝰ Galli se ī prædā ꝑ maritima loca:subiectosq; cāpos Albāis mōtibꝰ diffuderunt:aduersū quos nouo militū delectu habito:cōscriptisq; legionibus decē. lx. milia Romāoꝝ:negatis sibi auxiliis Latinorum ꝓcesserūt. Cōfecit hāc pugnā Marcus ualerius:auxiliāte coruo alite unde postea Coruinus ē dictus. Occiso enim prouocatore Gallo:hostes territi:sparsimq; fugiētes grauiter trucidati sunt. Numerandū etiam inter cætera mala censeo primum illud ictum cum Carthaginensibus fœdus:qđ iisdem temporibus fuit:presertiz ex quo tā grauia orta sunt mala:ut ex hinc cœpisse uideātur. Anno siquidē ab urbe cōdita quadringētesimo secundo legati a Carthagīe Romā missi sunt:fœdusq; pepigerūt. Quaz ex ingressu Carthaginensiū ī Italiam malorū grauedinem secuturam:cōtinuarūq; miseriaꝝ tenebras iuges historiarū fides:locoꝝ īfamia:& abominatio dierū quibus ea gesta sunt protestantur. Tūc etiā nox usq; ad plurimā diei partem tēdi uisa est:& saxea de nubibus grando descēdēs ueris terrā lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiā Alexāder magnus:magnus uere ille gurges miseriaruz atq; atrocissimus turbo totius oriētis est natus.

Artaxerxes iudeos captiuos ducit. Cap. VII.

CVm etiā Ochus qui & Artaxerxes:post transactū ī Aegipto maximū diuturnūq; bellū:plurimos Iudeoꝝ ī trāsmigrationē egit:atq; ī Hyrcania ad Caspiuz mare habitare præcepit:quos ibi usq; in hodiernum diem amplissimis generis sui incremētis extat consistere:atq; exinde quandoq; erupturos opinio est:cuius ēt belli tempestatē trāscurrens:& Sidona opulentissimā Phœnicis prouinciæ urbē deleuit:& Aegyptū q̄uis Pyrrhus uictus tūc tamē subactā:cōminutāq; ferro Persarū subiecit īperio. Iaz hinc statiz a Romanis aduersus Samnites gētē opibꝰ armisq; ualidaz ꝓ Campanis & Sidicinis bella suscæpta sunt. Samniticuz belluz ancipiti statu gestū Pyrrhus uel maximus Romani nominis hostis excæpit. Pyrrhi bellum:mox Punicum cōsecutum est. Et q̄uis nunq̄ post mortem Numæ a bellorū cladibus fuisse cessatum Iani patentes semper portæ iudicēt:ex eo tamen ueluti per meridiem toto impressus cœlo maloꝝ feruor incanduit.

Initium belli punici. Cap. VIII.

Porro at inchoato semel bello pūico:utrū aliquādo bella:cædes atq; ruinæ:omniūq; īfandaꝝ mortiū genera:nisi Cæsare augusto impante cessauerint:ingrat inueīat:pdat:quisqs īfamāda christiana tēpora putat:Absq; illo tamē iter bella punica uni⁹ āni:ueluti alitis præteruolātis excursu romāi ꝑpter iani portas clausas inter febres morbosq; reip. adhuc breuissimo pacis signo:uelut tēuissio aquæ gelidæ haustu illecti sūt:ut in pei⁹ recalescētes:multo graui⁹ uehemētiusq; afflictarent. At uero si indubitatissime cōstat sub augusto primū cæsare:post partā pacē uniuersū terraꝝ orbē positis armis:abolitisq; discordiis generali pace & noua qete cōpositū romāis paruisse legib⁹:Romana iura:q̄ ꝑpria arma maluisse:spretisq; ducib⁹ suis iudices elegisse romanos. Postremo oīb⁹ gētibus cūctisq; ꝑuinciis innūeris ciuitatib⁹:infinitis populis:totis terris unā fuisse uolūtatē:libero hōestoq; studio inseruire paci:atq; in cōmune cōsulere:quod pri⁹ ne una quidē ciuitas:unusue populus ciuiū:uel quod mai⁹ est:una domus fratrū iugiter habere potuisset. Quod si ēt cū impante Cæsare ista ꝑuenerīt:ī ipo imperio cæsaris illuxisse ortū in hoc mūdo domini nostri Iesu Christi liqdissima ꝑbatione māifestū est:iuiti licet illi:quos ī blasphemiā urget īuidia:cognoscere fateriq; coguntur:pacē istā totius mūdi & tranquillissimā serenitatē nō magnitudine Cæsaris:sed potestate filii Dei:qui ī dieb⁹ cæsaris apparuit extitisse:nec uni⁹ urbis īperatori:sed creatori orbis uniuersi orbē ipsuȝ generali cognitiōe paruisse:qui sicut sol oriēs diē luce pfūdit:ita misericorditer adueniēs extēta mundū pace uestierit. Quod pleni⁹ cū ad id ipm:pficiente domino uētuȝ fuerit:pferem⁹.

Quod Rōani Latinis bellū ītulerūt. Cap. IX.

AGitur. cccc.ix. ab urbe cōdita Rōani bellū Latinis rebellātibus ītulerūt:Manlio Torquato:& decio Murena cōsulibus in quo bello unus cōsul īterfectus ē alter extitit parricida. Manlius enī Torquatus filium suum peremit:iuueneȝ uictorē īterfectoremq; Metii Thusculani nobilis militis:& tum præcipue prouocantis atq; insultantis hostis. Alius uero consul:cum iterato conflictu illud cornu cui præerat cædi atq; affligi uideret:in confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius q̄uis uictor:occursum tamen nobiliū iuuenū Romanoꝝ:q legitime exhiberi solet:triūphans parricida non meruit. Anno autem post hūc subsequente Minutia uirgo uestalis ob admissū incestū damnata ē:uiuaq; obruta in campo:qui nūc Scelerat⁹ uocatur.

Scelus matronarum hic refertur. Cap. X.

AT uero paruo exin tēpore īteriecto:horresco referre:quod gestū est:nā Claudio Marcello & Valerio Flacco consulib⁹ īcredibili rabie & amore scelerū Romāæ matrōæ exarserūt. Erat utiq; fœdus illæ ac pestilens annus:īflictaque iā undique cateruatim strages egerebātur:& adhuc penes oēs de corrupto aere simplex credulitas erat:cū existēte quadā āncilla indice & cōuincēte:primū multæ matrōæ ut biberēt:quæ coxerāt:uenena cōpulsæ:deīde simul ut hausere cōsumptæ sunt. Tāta autē multitudo fuit matrōaꝝ ī his facinorib⁹ cōsciaꝝ ut. ccc. lxxx. dānatæ ex illis simul fuisse referantur.

Alexander rex a Lucanis uictus & occisus. Cap. XI.

ANno ab urbe condita. ccc. xxii. Alexāder rex Epirotaꝝ Alexādri illius Magni auunculus traiectis in Italiā copiis:cuȝ belluȝ aduers⁹ Romāos pararet:& circa finitimas Rōæ urbes firmaret uires exercitus sui:auxiliaq; uel sibi acqrere uel hostibus subtrahere studēs bellis exerceret:a Sānitis q Lucanæ genti suffragabant maximo bello ī Lucania uictus atq; occisus est. Sed quoniā aliquantuȝ Rōanas clades recensendo ꝑgress⁹ sum:uel Alexādri istius mentiōe cōmonitus:de Philippo Macedonuȝ rege q Olympiadē huius Alexādri Epirotæ sororeȝ uxoreȝ habuit:ex q̄ Alexādruȝ magnuȝ genuit:paucissimis ānis retro repetitis magna paruis:iquatuȝ potero colligā.

De regno Philippi patris Alexandri regis Macedoniæ. Cap. XII.

Anno ab urbe condita. cccc. Philippus Amyntæ filius Alexandri pater regnũ Macedonũ adeptus. xxv. annis tenuit: quib⁹ hos omnes acerbitatũ aceruos cunctasq; malorũ moles struxit. Hic primũ ab Alexãdro fratre obses Thebãis datus p trienniũ apud Epaminundã strenuissimũ impatorẽ & summũ philosophũ erudit⁹ ẽ. Ipso ãt Alexãdro ĩterfecto scelere Eurydices matris: quis ea cõmisso adulterio: & altero primũ filio occiso: filiaq; uiduata generi nuptias mariti morte pepigisset cõpulsus a populo regnũ: quod paruo occisi fratris filio tuebat: suscæpit: q cũ foris cõcursu exurgentiũ undiq; hostiũ: domi ãt deprehẽsarũ sæue insidiarũ metu fatigaret: primũ bellum cũ Atheniensib⁹ gessit. Quib⁹ uictis arma ad Illyrios transtulit: multisq; milib⁹ hostiũ trucidatis Larissam urbem nobilissimã cæpit. Inde Thessaliã non magis amore uictoriæ: q̃ ambitiõe habẽdorũ equitũ Thessalorũ: quorũ robur exercitui suo admisceret: inuasit. Ita Thessalis ex inprouiso præoccupatis atq; ĩ potestatẽ redactis: iũgẽdo eqtũ peditũq; fortissimas turmas & copias ĩuictissimũ fecit exercitũ. Igit̃ uictis Atheniẽsib⁹ subiectisq; Thessalis Olĩpiadẽ Euruchæ regis Molosorũ sororẽ duxit uxorẽ. Qui Eurucha cũ p hoc q; societatẽ Macedonũ affinitate regis paciscebatur: imperiũ suũ se dilaturũ putaret: per hoc decæptus amisit priuatusq; ĩ exilio cõsenuit. Deinde Philippus cũ Methonã urbẽ oppugnaret: ictu sagittæ oculũ pdidit. Ipsã uero urbẽ mox expugnauit & cæpit. Exin Græciã totã ppe cõsiliis præuentã uirib⁹ domuit. Quippe Greciæ ciuitates dũ ĩperare singulæ cupiũt: ĩperiũ oẽs pdiderũt. Et dũ in mutuũ exitiũ sine mõ ruũt: ab oĩb⁹ uictæ periere: quod singule amitterẽt: oppressæ demũ seruiẽtesq; senserũt: quarũ dũ insanas cõcursatiões Philippus ueluti e specula obseruaret: auxiliũq; semp inferioribus suggerẽdo: contẽtiões: bellorũ fomites: callidus doli artifex foueret: uictos sibi pariterq; uictores subiecit. Huic ãt ad obtinẽdã toti⁹ Græciæ dõinationẽ: dõinatio ĩmoderata Thebanorũ dedit facultatẽ: q uictos Lacedæmõios ac Phocẽses: cædib⁹ ẽt rapinisq; cõfectos: cũ ĩsup ĩ cõmuni Græciæ cõcilio tãta pecuniæ mulcta onerauissẽt: quãtã illi soluere nullo mõ possẽt ad arma fugere coegerũt. Itaq; Phocẽses & Philõene duce & auxiliis Lacedæmõiorũ Atheniẽsiũq; fulti cõmissa pugna hostibusq; fugatis Thebãorũ castra cæperũt. Sequẽti prœlio inter immẽsas utriusq; populi strages Philomenes occis⁹ est: ĩ cui⁹ locũ Phocẽses Oenomanũ ducẽ creauerũt. Porro ãt Thebãi & Thessali omisso delectu ciuiũ: Philippũ Macedoniæ regẽ: quẽ hostẽ pri⁹ repellere laborabãt: ultro sibi ducẽ expetiuerũt. Cõmisso prœlio & Phocẽsib⁹ pene ad ĩternitionẽ cæsis uictoria ad Philippũ cõcessit. Sed Atheniẽses audito belli euẽtu: ne Philippus trãsiret ĩ Græciã angustias Thermopylarũ pari ratione: sicut aduentantib⁹ antea Persis occupauere. Igit̃ Philippus: ubi exclusũ se ab ingressu Græciæ perstructis Thermopylis uidet: paratũ in hostes bellum: uertit in socios: nã ciuitates quarũ paulo ante dux fuerat: sibi gratulãtes ac se excipientes parentes hostiliter inuadit: crudeliter diripit: omniq; societatis conscientia penitus abolita: coniuges liberosq; omniũ sub corona uẽdidit: tẽpla quoq; uniuersa subuertit: spoliauitq;: nec tamẽ unq̃ p. xxv. annos quasi iratus diis uictus ẽ. Post hæc in Cappadociã trãsiit: ibiq; bellũ pari pfidia gessit: captos p dolũ finitimos reges ĩterfecit. totãq; Cappadociã ĩperio Macedoniæ subdidit. Inde post cædes & ĩcẽdia depdatiõesq; in socias urbes gestas parricidia in fratres conuertit: quos patri ex nouerca genitos cum cohæredes regni uereretur: interficere aggressus est. Cum autem unum ex his occidisset: duo in Olynthũ confugerunt: quam mox Philippus hostiliter aggressus urbeʒ antiquissimã & florẽtissimã: cedibus ac sanguine repletam opibus hominibusq; uacuauit abstractos etiã fratres suplicio & neci dedit. Dehinc cum excidio sociorũ & parricidio

fratrum elatus:licet sibi omnia:quæ cogitauisset putaret:auraria loca in Thessalia & ar genti metalla in Thracia inualit:ac ne aliquod ius uel fas inuiolatũ prætermitteret: præ occupato mari & classe dispersa piraticã quoq; exercere instituit. Præterea cum eum fra tres duo Thraciæ reges de regni terminis ambigẽtes:iudicẽ ex cõsensu præoptauissẽt: Philippus more ingenii sui ad iudicium tanq̃ ad bellum cum instructo exercitu ingres sus inscios iuuenes uita regnoq; priuauit. Athenienses uero qui pri9 Philippi ingressũ Thermopylarum munitione repulerant:ultro pacem eius expetentes fraudulẽtissimũ hostem de neglecta introitus custodia cõmouerunt. Cæteræ etiaʒ Græciæ ciuitates ut intẽtius ciuilibus bellis uacarent:sub specie pacis & fœderis sponte se externæ dãnatiõi subiecerunt:maxime cũ Thessali Boetiiq; poscerent Philippũ:ut ꝓfessum se aduersum Phocẽses ducẽ exhiberet:susceptumq; bellũ gereret contra Phocenses:adhibitis secuʒ Atheniensibus & Lacedæmõiis:uel differri bellũ:uel auferri precio & precibus labora bant. Philippus tacite utrisq; diuersa ꝓmisit:Phocensibus pacẽ & ueniã se daturꝝ sacra mento cõfirmans:Thessalis uero affuturꝝ se mox cũ exercitu spõdet:bellum tamen ab utrisq; parari uetat. Igit Philippus ĩstructis copiis angustias Thermopylarꝝ securus in greditꝰ:easq; occupatas:dispositis præsidiis emunit:tuncq; primũ se nõ Phocenses soli sed & omnis Græcia captã esse ꝑsensit: siqdem primo Phocenses Philippus rupta fide calcatoq; sacramento infandæ dilacerationi dedit. Inde omniũ urbes finesq; populatus cruenta præsentia effecit:ut etiã absens timeret. Vbi uero in regnũ rediit more pastorũ qui pecora sua nunc per æstiuos:nunc per hybernos salt9 circũducunt:populos & tur bas ut illi replenda:uel relinquenda quæque loca uidebant:ad libidinem suam transfert Miseranda ubique facies: & atrocissimum miseriarum genus obuersabatur: perpeti excidium sine irruptione:sine bello captiuitatẽ: sine crimine exilium:sine uictore domi natum: premit miseros inter iniuriarum stimulos superfusus pauor:ipsaque dissimu latione dolor crescit:hoc altius demissus: quo minus profiteri licet timentibus ne ipsæ quoque lachrymæ pro cõtumacia accipiantur:alios populos auulsos a sedibus suis fini bus hostiũ opponit:alios ĩ extremis regni terminis statuit:quosdã æmulatione uirium ne possent quod posse credebant ĩ supplementa exhaustarꝝ urbiũ diuidit. Ita gloriosissi mum illud quondam florentis Græciæ corpus ĩ multas laceratas particulas extincta primum libertate concidit. Sed hæc cum per aliquãtas Græciæ ciuitates exercuisset:& tamen omnes metu premeret coniiciens ex præda paucorum opes omnium ad perfici endam æqualem in uniuersis uastationem utili emolumento necessariam maritimam urbem ratus Byzantium nobilem ciuitatem aptissimam iudicauit ut receptaculũ sibi terra marique fieret:eamque obsistentem ilico obsidione cinxit.

De ciuitate Bizantio quæ Constantinopolis dicta est. Cap. XIII.

HAec autem Byzantium quõdam a Pausania rege Spartanorum condita:post autem a Constantino christiano principe in maius aucta & Constantinopolis dicta gloriosissimi nunc imperii sedes & totius caput orientis est. Philipp9 ue ro post longam & irritam obsidionem:ut pecuniam quam obsidendo exhauserat præ dando repararet piraticam aggressus est. Captas itaque. clxx. naues mercib9 confertas distraxit:& anhelanti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendaʒ prædã & curandam obsidionem diuisit exercitum. Ipse autem cum fortissimis profectus mul tas Cherronesi urbes suscæpit:profligatisq; populis opes abstulit. Ad Scythiaʒ quoq; cũ Alexandro prædandi itentione ꝑtrãsiit. Scythas tũc Etheas regebat:q cũ Istriãorũ bello premeretur: auxilia a Philippo per Apollonienses petiit:sed continuo Istrianorꝝ rege mortuo:& belli metu & auxiliorum necessitate liberatus pactionem fœderis cum

Philippo habitam dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzantii Scyticum belluꝫ to
tis uiribꝰ aggreditur. Cõmissoqꝫ prœlio cum Scythæ & numero & uirtute præstarẽt.
Philippi fraude uincuntur. In ea pugna. xx. M. uirorum ac fœminaruꝫ Scythicæ gen
tis capta: pecorum magna copia abducta: auri atque argenti nihil repertum: naꝫ & ea
res primo fidem inopiæ Sythicæ dedit. Vigiti milia nobilium equoꝝ sufficiẽdo generi
in Macedoniam missi sunt: sed reuertenti Philippo Traballi bello obuiãt: i quo ita Phi-
lippus in femore uulneratus ẽ: ut per corpus eius equus iterficeret. Cũqꝫ cum omnes
occisum putarent i fugã uersi prædã amiserũt. Aliquantula deinde mora dũ cõualescit
a uulnere: in pace conquieuit. Statim uero ut cõualuit: Atheniensibus bellũ itulit: q in
tãto discrimine positi Lacedæmõios quondam hostes: tũc socios asciscũt: totiusqꝫ Græ
ciæ ciuitates legationibꝰ fatigant: ut cõmunem hostẽ cõmunibus uiribus petãt. Itaqꝫ
aliquantæ urbes Atheniensibus sese cõiunxere: quasdam uero ad Philippũ belli metus
traxit. Prœlio cõmisso cũ Athenienses longe maiori numero militũ præstarent: assidu-
is tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincuntur: quã pugnaꝫ longe omnibus
anterioribus bellis attrociorẽ fuisse ipse rerũ exitus docuit.

Græcia libertatem suam amisit. Cap. XIIII.

IAm & hic dies apud uniuersam Græciæ acquisitæ dominationis gloriam: &
uetustissimæ libertatis statum finiuit. Postea Philippus cruentissimam uicto
riam in Thebanos & Lacædemonios exercuit: siquidem principes ciuitatum
alios securi percussit: alios in exilium egit: & omnibus bonis priuauit. Pulsos quidem
a ciuibus in patriã restituit: ex quibus. ccc. exules iudices rectoresqꝫ præfecit: qui ut anti
quum dolorem noua potestate curarent: pressos infeliciter populos in spem libertatis
respirare non sinerent. Præterea magno delectu militum in subsidium regiæ dispositio
nis ex tota Græcia habito. cc. M. peditum & xv. M. equitum absqꝫ exercitu Macedo-
num & infinita gẽtium barbariæ Persicæ expeditiõi in Asiam missurus instruxit. Tres
duces: hoc est Parmenionem: Amyntam & Attalum præmittendos in Persas legit. Et
dum suprascriptæ copiæ de Græcia congregarentur: Alexandri qui erat Olympiadis
uxoris suæ frater & post a Sabinis in Lucania prostratus est: queꝫ Epiri regem ob mer
cedem stupri perpetrati in eum constituerat nuptias in copulando ei filiam suam Cleo
patram cælebrare decreuit: qui cum pridie ꝗ occideretur interrogatus fuisset: quis fi-
nis homini esset magis optandus respõdisse fertur: eũ esse optimũ: q uiro forti post uir
tutum suarum gloriam in pace regnãti sine cõflictatione corporis & dedecore animi su
bitus & celer inopinato ferro potuisset accidere: qd ipsi mox contigit. Nec ab iratis diis
quos sẽper paruipenderat: quorũqꝫ aras templa simulacraqꝫ subuerterat: qui lectissimã
ut ipsi uidebatur mortẽ adipisceretur: potuit impediri: nã die nuptiarũ: cũ ad ludos ma
gnifice apparatos inter duos Alexãdros geneꝝ filiũqꝫ contẽderet a Pausãia nobili Ma-
cedonũ adolescente in angustiis sine custodibus circũuẽtus occisus ẽ. Asserãt nũc mul-
tisqꝫ hæc uocibus efferant quasi uiroruꝫ fortium laudes & facta felicia quibus amaris-
simæ aliorũ calamitates in dulces fabulas cedunt: si tamen nunꝗ ipsi iniurias quibus ali
quando uexantur: relatu tristiori deplorent. Si uero de propriis querimoniis tantuꝫ ali
os audiẽtes affici uolunt quantum ipsi perpetiendo senserunt: priꝰ ipsi nõ præsentibus
præterita: sed gestis gesta comparẽt: & utraqꝫ ex auditu: uelut certi alienorũ arbitri iudi
cent per. xxv. annos incendia ciuitatum: excidia belloꝝ: subiectiones prouiciaꝝ: cædes
hominũ: opũ rapinas: prædas pecoruꝫ: mortuorum uenditiones: captiuitatesqꝫ uirorũ
unius regis fraus effera: & dominatus agitauit.

Alexander successit Philippo in regnum. Cap. XV.

SVfficerent ista ad exemplum miseriaruȝ insinuata memoriæ nostræ gesta per Philippũ: etiã si Alexander ei nõ successisset in regnũ. Cuius bella: imo sub cuius belli mundi mala ordine sequentia suspendo paulisper: ut ĩ hoc loco pro cõuenientia tempoꝝ Romana subiiciã. Anno ab urbe condita. cccccxxvi. Caudinas furculas satis cælebres & famosas: insignis Romanoꝝ fecit infamia: nã cũ superioꝛ bello uiginti milia Sannitũ Fabio magistro equitum pugnã conserente cecidissent: circunspectiore cura Sannites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas cõsederũt: ubi cum Vecturiũ & Posthumiũ consules omnesq̧ copias Romanoꝝ angustiis locoꝝ armisq̧ clausissent: Pontius dux eoꝝ intantũ abusus est uictoriæ securitate: ut Hærẽniũ patrem consulendũ putaret: utrũ occideret clausos: an parceret subiugatis: ut uiuos tamen dedecori reseruaret: elegit. Romanos enĩ antea sæpissime uinci & occidi: nunquã autem capi: aut ad deditionem cogi potuisse cõstabat. Itaque Sannites uictoria potiti uniuersum exercitum Romanum turpiter captum: armis etiã uestimẽtisq̧ nudatũ: tãtum singulis uilioribus operimentis ob uerecunda corporũ tegenda cõcessis: sub iugo missum seruitioq̧ subiectum: longũ agere pompæ ordinem præceperunt. Sexcẽtis ãt equitibus Romanis in obsidatũ recæptis oneratos ignominia: cæteris rebus uacuos cõsules remiserunt. Quid de exaggeranda huius fœdissimi fœderis macula uerbis laborem: qui tacere maluissem? Hodie enim Romani aut omnino non essent: aut Sãnio dominãte seruirent: si fidem fœderis: quam sibi seruari a subiectis uolunt: ipsi subiecti Sãnitibus seruauissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Sannitibus pactionem: eosq̧ in bellũ cogunt: quod Papyrio consule insistente cõmissum magnas strages utriusq̧ populi dedit. Cũq̧ hinc ira recentis ĩfamiæ: ĩde gloria ꝓximæ uictoriæ pugnãtes stimularet: tandẽ Romani ꝑtinaciter moriendo uicerũt: nec cædi pariter uel cædere destiterũt: nisi postq̃ uictis Sãnitibus: & capto duce eoruȝ iugum reposuerũt. Idẽ deinde Papyrius Satricũ: expulso inde Sãnitico præsidio: expugnauit: & cæpit. Hic autem Papyrius adeo tunc apud Romanos bellicosissim9 habebat: ut cum Alexãder magnus disponere diceret ab oriente descendens obtinere uirib9 Aphricã: atq̧ inde in Italiam transuehi: Romani inter cæteros duces tunc ĩ republica sua optimos: hũc præcipuum fore: qui Alexandri ĩpetum sustinere posset: meditarentur.

Initium regni Alexandri magni. Cap. XVI.

AGitur Alexander anno ab urbe condita. cccccxxvi. patri Philippo successit in regnum: qui primam expientiaȝ animi & uirtutis suæ cõpressis cæleriter Græcoruȝ motib9 dedit: quib9 autor ut ab ĩperio Macedonuȝ deficerẽt: Demosthenes orator auro Persaꝝ corruptus extiterat. Itaq̧ Atheniensib9 belluȝ deprecãtib9 remisit: q̃s ĩsup etiã multo metu soluit. Thebanos diruta ciuitate deleuit: reliquos sub corona uendidit: cæteras uero urbes Achaiæ & Thessaliæ uectigales fecit. Illyricos quoq̧ & Thracas translato mox abhic bello domuit. Inde ꝓfectus ad Persicuȝ belluȝ: oẽs cognatos ac ꝓxios suos iterfecit. In exercitu eius fuisse tãtummõ perituȝ. xxxii. milia: eqtum. iiii. M. d. naues. c. lxxx. referunt: hac tã parua mãu uniuersuȝ terraꝝ orbẽ utrum mirabilius sit q̈ uicerit: an q̈ aggredi ausus fuerit: incertum est. Primo eius cum Dario rege cõgressu. dc. M. ꝑsarum ĩ acie fuerunt: quæ nõ min9 arte Alexãdri superata: q̃ uirtute Macedonuȝ terga uerterũt: magna igit cædes Persaꝝ fuit. In exercitu ãt Alexãdri . cxx. eqtes & nouẽ tãtuȝ pedites defuere. Deĩde Gordien Phrygiæ ciuitatẽ: q̃ nũc Sardis uocitat: obsessã expugnatãq̧ cæpit: ac direptiõi dedit. Inde nunciato sibi Darii cum magnis copiis aduẽtu: timẽs angustias qb9 inerat locoruȝ: Tauꝝ mõtẽ mira celeritate trãscẽdit: et. d. stadiis sub una die cursu trãsmissis Tharsuȝ uẽit: ibiq̧ cuȝ sudãs ĩ Cydnũ

ꝑfrigiduꝫ amnē descēdisset:obriguit:cōtractu neruoꝝ proxius morti fuit. Interea Da-
rius cum.ccc.M.pedituꝫ &.c.M.equitum ī aciē procedit:mouebat hæc multitudo ho
stiuꝫ ēt Alexandꝛ maxime respectu paucitatis suæ:quãuis iaꝫ prideꝫ.dc.M.hostiuꝫ ea
dē paucitate supatis nō soluꝫ nō timere pugnaꝫ:sed etiaꝫ uictoriaꝫ spare didicisset. Itaqꝫ
cū intra iactū teli uterqꝫ constitisset exercitus & intētos in signū belli populos discurrē-
tes prīcipes uariis incitamentis acuerrēt:ingentibꝰ utrinqꝫ animis pugna cōmittit. In
qua ambo reges Alexāder & Dariꝰ uulnerātur:ac tādiu certamē anceps:quoadusqꝫ fu
geret Darius. Exinde cædes Persaꝝ secuta est. Ibi tunc peditū octoginta.M. eqtuꝫ:de
cē milia cæsa:capta āt quadraginta.M.fuere. Ex Macedonibus uero cecider centuꝫ tri
ginta pedites:equites.cl. In castris Persaꝝ multū auri cæterarūqꝫ opū reptum ē. Inter
captiuos castroꝝ mater & uxor eadēqꝫ soror & filiæ duæ Darii fuere. Quaꝝ redēptio
nem Darius cuꝫ ēt oblata regni dimidia pte nō īpetrauisset:tertio cunctis Persaꝝ uiri-
bus sociorūqꝫ auxiliis cōtractis bellū īstaurat. Sed duꝫ hæc Darius agit: Alexāder Par-
menionē ad īuadēdaꝫ Persicā classē cū copiis mittēs ipse ī Syriā proficiscit:ibiqꝫ ex mul
tis sibi regibus cū īsulis ultro occurrētibus alios elegit:alios mutauit:alios pdidit:Tyruꝫ
urbeꝫ antiqssimā & florētissimā:fiducia Carthaginēsiū cognatoꝝ sibi obsistētē oppres
sit & cæpit. Exī Ciliciā:Rhodū atqꝫ Aegyptuꝫ ptinaci furore peruadit. Inde ad tēpluꝫ
Iouis Ammōis pgit:ut mēdacio ad tēpꝰ cōposito ignominiā sibi patris īcerti & īfamiā
adulteræ matris aboleret:nā accersitū ad se phāi ipsius antistitē ex occulto mōuit:qd si-
bi tāq̄ cōsulēti respōderi uelit:sicut historici eoruꝫ dicūt. Ita certus Alexāder fuit nobis-
qꝫ ꝑdidit:diis ipsis mutis & surdis uel ī potestate esse ātistitis qd uelit figere:uel ī uolūta
te cōsulētis:qd malit audire:reuertens ab Ammōe ad tertiū Persicū bellū Alexādriam
ī Aegypto cōdidit. Darius uero spe pacis amissa.cccciiii.M.pedituꝫ:&.c.M. eqtū Ale-
xandro ab Aegypto reuertēti apd Tharsuꝫ bello se opponit. Nec pugnæ mora:oēs cæ-
ca rabie ī ferrū ruūt:Macedōes totiens a se uictis hostibꝰ aīosi:Persæ:nisi uīcant: mori
ꝑoptātes. Raro ī ullo prœlio tm̄ sāguinis fusū ē:Sed Darius cū uīci suos uideret: mo-
ri ī bello paratus:psuasu suoꝝ fugere cōpulsꝰ est. Hoc prœlio Asiæ uires & regna cecid
runt:totusqꝫ oriēs ī potestateꝫ Macedōici cessit īperii:atqꝫ ita attrita ē ī hoc Persaꝝ om
nis fiducia:ut post hoc nullus rebellare ausus sit: patiēterqꝫ Persæ post īperiū tot ānoꝝ
iugum seruitutis accæperunt.

Alexander Darium uicit. Cap. XVII.

ALexander nāqꝫ trigita quattuor cōtinuis diebus castrorum prædā pcensuit:ac
Persepolim caput Persici regni:urbē famosissimā:cō fertissimāqꝫ opibus totiꝰ
orbis:inuasit. Dariū uero cū a propīquis suis uictū cōpedibus aureis teneri cō-
perisset:persequi statuit. Itaqꝫ iusso ut se sequeretur exercitu:ipse cū.M.militū ꝑfectus
īuenit ī itinere solū relictū:multis cōfossū uulneribus:& extrema uitæ p uulnera efflātē
Hūc mortuū ināi misericordia referri:& ī sepulchris maioꝝ sepeliri præcæpit:cuius nō
dicā mr̄em uel uxorē:sꝫ etiā paruulas filias crudeli captiuitate detinebat. In tāta maloꝝ
multitudīe difficillima dictis fides:tribus prœliis totidēqꝫ ānis qnqes decies cētena.M.
pedituꝫ eqtumqꝫ cōsūpta sūt. Et hæc qdē ex eo regno illisqꝫ populis:unde iā ante ānos
nō multo plures decies nouies centena.M.ꝑfligata referuntur: q̄q̄ extra has clades p
eosdem tres annos & Asiæ ciuitates plurimæ oppressæ sunt: & Syria tota uastata:
Tyrus excisa:Cilicia exinanita:Cappadocia subacta:Aegyptus addicta sit:Rhodꝰ q̄qꝫ
insula ultro ad seruitutem tremefacta successerit:plurimæqꝫ subiectæ Tauro ꝓuinciæ:
atqꝫ ipse mōs Taurꝰ diu detrectatū iuguꝫ dōitus & uictꝰ accæperit:& ne forte qsq̄ opi
net uel orientē solū Alexādri uiribus subactuꝫ:uel Italiā tātumō Romana īqetudīe fati
gatā. Tunc ēt bellū Agidis Spartanoꝝ regis ī Græcia:Alexādri regis Epirii ī Lucania.

Zopirionis pfecti i Scythia gerebat:quo℞ Agis Lacedæmonius excitata & rebellāte se
cū uniuersa Græcia cū Antipatri fortissimis copiis cōgressus:iter magnas utro℞q; stra
ges & ipse pcubuit. Alexāder autē i Italia affectās occidētis īperium:æmulans Alexan
d℞ magnū:post numerosa & grauia bella ibidē gesta:a Brutiis Lucanisq; superatus ē:
corpusque ei⁹ ad sepulturā uenditū. Zopyrion uero præfectus Pōti adunato.xxx.M.
exercitu:Scythis bellū īferre ausus ē:& usq; ad īternitiōe₃ cæsus fūditus cum oibus co
piis suis abrasus ē. Igit Alexander magnus post Darii mortē Hyrcanos & Mardos su-
begit:ubi etiā illū adhuc bello ītētū Thalestris:siue Minothea excita suscipiēdæ ab eo
sobolis gratia cū.ccc. mulieribus pcax Amazon īuenit. Post hæc Partho℞ pugnā ag-
gressus:quos diu obnitētes deleuit:ppemodū ātequā uicit. Inde Dracas Euergetes Pary
mas:Patapamēos:Hydaspios:cæterosq; populos q ī radice:Caucasi morabant:subegit
urbe ibi Alexādria sup amnē Tanaim cōstituta. Sed nec minor ei⁹ ī suos crudelitas:q ī
hostē rabies fuit. Docēt hoc Amyntas cōsobrius occisus: nouerca fratresq; ei⁹ necati:
Parmenio & Philiotas trucidati:Attalus: Eurylocus: Pausanias:multiq; Macedoniæ
prīcipes extincti:Clitus quoq; ānis grauis:amicitia uetus nefarie īterfectus. Qui cū ī
cōuiuio fiducia regiæ amicitiæ aduersus regē opera sua Philippo præponentē memo-
riā patris tueret:ab offenso frustra rege uenabulo transfossus:cōmune cōuiuiū moriēs
collatio defensionis:tantumq; interest inter præterita psentiaq; tempora:ut quod Ro
ma in usum luxuriæ suæ ferro extorquebat a nostris nunc in usum cōmunis reipubli-
cæ conferat ipsa nobiscum. Aut si ab aliquo dicit:tolerabiliores parētibus nostris roma
nos hostes fuisse:q̄ nobis Gothos esse:audiat & intelligat:quanto aliter q̄ circa seipsu3
agitur:sibi esse uideatur. Olim cum bella toto orbe feruebant:quæque prouincia su-
is regibus:suis legibus:suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionum: ubi
diffidebat diuersitas potestatum. Postremo solutas & barbaras gentes quis tandem
ad societatem adduceret:quas diuersis sacrorum ritibus institutas etiam religio separa
bat? Si quis igitur tunc acerbitate malorum uictus patriam cum hoste deseruit:que3
tandem ignotum locum ignotus adiit? Quam gentem generaliter hostem hostis ora
uit? Cui se congressu primo credidit:non societate nominis inuitatus:nō communiōe
iuris adductus:non religionis unitate securus? An parum exempli dederunt Busiris in
Aegypto peregrinorum infeliciter incurrentium impiissimus īmolator? Crudelissima-
q; circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura:sed magis crudelia sacra Thraciæ cum Poly-
nestore suo usq; ad ppinquos hospites scelerata. Et ne antiqtatibus uidear īmorari:te-
stis est Roma de Pompeio interfecto:testis ē Aegyptus de interfecto Ptolemæo. Mi-
hi autē prima qualescūq; motus pturbatione fugiēti:de cōfugiendi statione securo ubi
q; patria:ubiq; lex & religio mea ē:nūc me Aphrica tā libenter accæpit:q̄ cōfidenter ac-
cessi:nūc me inq̄ ista Aphrica pace simplici excæpit:sinu proprio iure cōi:de qua aliquā
do dictū:& uere dictū est. Hospitio prohibemur harenæ:Bella cient:primaq; uetāt con
sistere terra:nunc ultro ad suscipiēdos socios religionis & pacis suæ:beniuolum late gre
mium pandit:atq; ultro fessos quos foueat:inuitat.

Per fidem christianam ubiq; securum esse peregrinum. Cap.I.

LAtitudo oriētis septentrionis copiositas:meridiana diffusio magnarū insularū
largissimæ tutissimæq; sedes mei iuris & nōis sunt: quia ad christianos & Ro
manos romanus & christianus accedo:non timeo deos hospitis mei:non ti-
meo religionem eius nece mea:nec habeo talem quem ptimescam locū:ubi & possesso
ri liceat perpetrare quod uelit:& peregrino nō liceat adhibere: quod conuēit ubi sit ius
hospitis:quod meū non sit. Vnus deus q tpibus qbus ipse innotescere uoluit: hanc re-
gni statuit unitatē:ab omnibus & diligitur & timetur. Eædem leges quæ uni deo subie-
ctæ sunt ubiq; dn̄ant: ubicūq; ignotus accessero:repētinā uim tanq̄ destitutus non perti
mesco. Inter romanos:ut dixi:romanus. Inter christianos:christianus. Inter homines
homo:legibus imploro rempublicam:religione conscientiam: cōmunione naturam.
Vtor tēporarie omni terra quasi patria:quia quæ uera est:& illa quam amo:patria ī ter-
ra penitus non ē. Nihil pdidi:ubi nihil amaui:totumq; habeo quod do. Quem diligo
mecum ē:maxime quia & apud omnes idē est:qui me nō modo notum oībus:uerū &
pximū facit:nec egentē deserit:quia ipius ē terra & plenitudo eius:ex qua oībus oīa iuf
sit eē cōmunia. Hæc sunt nostrorū tēporū bona:quæ in totū:uel in tranqllitate pn̄tium
uel in spe futurorū:uel in præfugio cōmuni nō habuere maiores:ac per hoc incessabilia
bella gesserūt:quia mutandarū sedium cōmunione non libera psistēdo in sedibus suis
aut īfeliciter necati sunt:aut turpiter seruierūt. Quod clarius promptiusq; ipis ueterū
gestis p ordinē explicatis apiet. Anno ab urbe cōdita sexcētesimosexto:hoc ē eode3 an-
no:quo & Carthago deleta ē:Gneo Cornelio Lētulo & Lucio Mūmio consulibus:rui
nam Carthaginis euersio Corinthi subsecuta est:quarum potentissimarum urbiū par
uo unius tēporis īteruallo p diuersas mundi partes miserabile colluxit incendium:nam

cum Metellus pter achæos Boetiosq; duobus bellis: hoc ē primo apud Thermopylas iterum in Phoceis deuicisset: quorū priore bello occisa esse. xx. M. secundo. vii. M. cæsa Claudi9 hi storicus refert. Valerius Antias in Achaia pugnatum eē &. xx. M. Achæorū cū duce suo Dieuo cecidisse cōfirmat. Polybius uero Achiu9: quis tunc in Aphrica cū Scipiōe fuerit: tamē qa dōesticā cladē ignorare nō potuit: semel in Achaia pugnatū Critolao duce asserit. Dieuū uero adducētē ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de uarietate discordantium historicorum aliquanta iam dixim9: quorum sufficiat detecta hæc & male nota mēdaciorū nota: quare parū credendum esse in cæteris euidenter ostēdūt: q in his quoq; quæ ipi uiderūt diuersi sunt. Igitr post extīcta toti9 Achaiæ psidia: destitutarū urbium euersionē Metello ptore meditāte cōsul Mūmius repētinus cū paucis uenit in castra: q dimisso statim Metello Corinthū sine mora expugnauit: urbē toto tunc orbe oīum opulētissimam: quippe quæ uelut officina oīum artificū atq; artificiorū: & emporium cōe Asiæ atq; Europæ: p multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiā captiuis pdandi licentia: sic omnia cædibus ignibusq; cōpleta sunt: ut de murorū ambitu quasi e camino in unū apicem coartatum exundaret incēdium. Itaq; plurima pte populi ferro flāmisq; consumpta: reliq sub corona uendita ē. Vrbe incensa muri fundit9 diruti sunt. Muralis lapis in puluerē redactus. Præda ingens erepta ē. Sane cum ppter multitudinem & uarietatem statuarū simulachrorūq; i illo ciuitatis icendio pmixta i unū auri argēti atq; æris oīa simul metalla fluxissent: nouū gen9 metalli factū ē: unde usq; i hodiernū diē: siue ex ipo: siue ex imitatiōe eius æs Corithium: sicut memoriæ traditum ē: & Corinthia uasa dicuntur.

Iterum bella grauia surrexisse in Hispania. Cap. II.

Hisdem cōsulibus Viriatus i Hispāia gener Lusitanus homo pastoralis & latro pmum infestādo uias: deīde uastādo puincias: postrēo exercitus ptorū & cōsulum romāorū uīcendo fugādo subiiciendo maxīo terrori romanis omnib9 fuit: siqdē Iberum & Tagum maxima & diuersorū locorū flumina late transgredienti: & puaganti Gaius Vecilius prætor occurrit: cōtinuo cæso usq; ad internitionē pene omni exercitu suo: uix ipse prætor cū paucis fuga lapsus euasit. Deinde Gaium Plautium ptorem idē Viriatus pliis multis fractum fugauit. Post etiā Claudius Vnimānus cum magno apparatu belli instruct9 contra Viriatū missus: quasi pro abolenda supiore macula turpiorem auxit ipse infamiam: nam congressus cum Viriato uniuersas: quas secum deduxerat: copias: maximasq; uires romani exercitus amisit. Viriatus trabeas fasces: cæteraq; insignia Romana in montibus suis trophea præfixit. Eodem tempore ccc. Lusitani cū. M. Romanis in quodam saltu contraxere pugnam: in qua. lxx. Lusitanos: romāos autem. ccc. xx. cecidisse Claudius refert. Et cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent: unus ex his longe a cæteris segregatus cum circumfusis equitib9 pedes ipse deprehensus: unius eorum equo lancea perfosso ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset: ita omnes metu perculit: ut prospectantibus cunctis: ipse contemptim atq; ociosus absccederet. Appio Claudio Quinto: Cæcilioque Metello consulibus Appius Claudius aduersus Salascos Gallos congressus: & uictus decem. M. militum perdidit. Reparata pugna. v. M. hostium occidit: sed cum iuxta legem: qua constitutum erat: ut quisquis quinque millia hostium peremisset: triumphandi haberet potestatem. Iste quoque cum triumphum expectasset: propter damna uero superiora non impetrauisset: infami impudentia atque ambitione usus priuatim: cum tribus triumphauit. Lucio Cæcilio Metello & Fanio Maximo Seruiliano consulibus ter cætera prodigia Androginus Romæ uisus: iussu Haruspicum in mare mersu

est:sed nihil impiæ expiationis procuratio profecit:nam tanta subito pestilentia exor/
ta est :ut ministri quoq; faciendorum funerum primuʒ non sufficerent:deinde non es/
sent. Itaq; magnæ domus uacuæ uiuis plene mortuis remanserunt. Largissimæ intror
sum hæreditates:& nulli penitus hæredes. Deinde iā nō solū in urbe uiuēdi: sed etiam
appropinquādi ad urbē negabaᵗ facultas. Tā sæui p totā urbē tabescētiū sub tectis:atq;
in stratis suis cadauerꝝ putores exalabanᵗ. Expiatio illa crudelis:& uiā mortib⁹ hoīum
morte hoīs instruens:tādem Romanis inter miserias erubescētibus: q̄ misera & uana
esset innotuit. Ante enim in suffragium ꝑueniendæ cladis ē habita: & sic pestilētia sub/
secuta est:quæ tamē sine ullis sacrificioꝝ satisfactiōibus tātummodo secundū mēsuraʒ
arcani iudicii expleta correptiōe sedata est:quā si artifices illi circumuentionū aruspices
sub ipsa:ut assolēt:declinatiōe morborum forte celebrassent: proculdubio subsidiis:&
ritibus suis reductæ sanitatis gloriā uendicassēt. Ita misera & ad sacrilegia male religio
sa ciuitas mēdaciis:q̄bus liberari nō poterat:eludebaᵗ. Igitur Fabius cōsul cōtra Lusita
nos & Viriatū dimicās Bacciā oppidum:quod Viriatus obsidebat:depulsis hostib⁹ li/
berauit:& in deditionē cū plurimis aliis castellū recæpit. Fecit facinus etiā ultimis bar/
baris Scythiæ:nō dicā romanæ fidei & moderationi execrabile. Quingētis enim prin
cipibus eoꝝ quos societate inuitatos deditionis iure suscæperat:manus præcidit. Pom
peius sequētis āni consul fines numātinorum ingressus:accæpta maxima clade disces/
sit:non solū exercitu pene omni profligato:ueꝝ etiam plurimis nobiliū: q̄ eius militiæ
aderāt:intereptis. Viriatus aūt cum p. xiiii. ānos romanos duces atq; exercitus ꝑtriuis/
set:insidiis suoꝝ interfectus ē:in hoc solo romāis circa eū fortiter agētib⁹ : q̄ percussō
res ei⁹ indignos p̄mio iudicarūt. At ego nō mō nunc:ueꝝ etiā sæpe ītertexere orientis
illa inextricabilia bella poterā:quæ raro unq̄ nisi scelerib⁹ aut incipiūt:aut terminantur
sed romanoꝝ:cū quibus nobis actio ē tanta sunt ut iure fastidianᵗ aliena. Mithridates
tunc siquidē rex Parthoꝝ sextus ab Arsace:uicto Demetrio præfecto:Babyloniam ur
bem:finesq; eius uniuersos uictor inuasit. Oēs præterea gentes:quæ inter Hidaspē flu
uium & Indum iacent:subegit. Ad Indiā quoq; cruentū extendens imperiū Demetri
um ip̄m sibi secūdo bello occurrentē & uicit & cæpit:quo capto Diodorus q̄dam cum
Alexādro filio regnū eius & regiū nomen usurpauit:q̄ postea ipsum Alexandrum filiū
quē participem p̄iculi ī ꝑuadēdo regno habuerat:ne in obtinēdo cōsortē haberet: occi
dit. Marco Aemilio Lepido & Gaio Hostilio Mācino cōsulibus prodigia apparuere di
uersa:& quantum in ip̄is fuit ex more curata sunt:sed non semper aucupatorib⁹ euen
tuum & structorib⁹ fallaciaꝝ haruspicibus opportuni casus suffragantur:nanq; Man/
cinus cōsul:postq̄ a Popilio apud Numantiā suscæpit exercitum:adeo prœlia infeliciter
cuncta gessit:atq; in id suprema desperatione perductus est: ut turpissimum fœd⁹ cuʒ
numan tinis iisdem facere cogeretur:quis & Pompeius iam aliud æque infame fœd⁹
cum iisdē numātinis paulo āte pepegisset. Senat⁹ dissoluit fœdus. & Mācinum tradi p̄
cepit numātinis:q̄ nudato corpe:māibus post tergū reuinctis ante portas numantino
rum est expositus:ibiq; usq; in noctē manens:a suis desertus:ab hostibus autem nō su
sceptus lachrymabile utrisq; spectaculum præbuit.

Quod falsa numina sibi usurparunt Romani. Cap. III.

EXclamare hoc loco dolor exigit:cur falso uobis romani magna illa numina iu
stitiæ ac fidei fortitudinis & misericordiæ uendicatis? A numantinis hæc ue
rius discite. Fortitudine opus fuit:pugnādo uicerūt. Fides exigebatur: credē
tes aliis secundum se:quos occidere potuerant:pacto fœdere dimiserunt. Iustitia ꝓban
da erat: ꝓbauit eā uel tacitus senatus:cū iidē Numātini per legatos suos aut inuiolatam

pacē solā:aut oēs quos pignore pacis accæpto uiuos demiserāt:reposcebāt. Misericor∕dia examināda uidebat:satis documēti dederūt uel emitētdo ad uitaȝ inimicum exerci∕tū:uel ad pœnā nō recipiendo Mācinū. Mācinus ne rogo dedendus fuit:q̄ uicti exerci∕tus ipēdētem trucidationē prætētu boni pacti fœderis dispulit? Qui periclitantes pa∕triæ uires in meliora tēpora reseruauit? At si displicuit fœdus quod pactum est cur mi les hoc pignore redemptus: aut cum reuerteret recæptus est: aut cum repeteret reddi tus nō est? At si placuit seruati militis qualiscunq; ꝓuisio:cur Mancinus q̄ hoc pepigit solus deditus fuit? Nup Varro ut ꝓpropera pugna iniret:collegā Paulū obluctāteȝ im pulit:trepidantē præcipitauit exercitū:infelices copias apud infames illas romāis cladi bus Cānas nō disposuit certamini:sed opposuit morti plus q̄.xl.M. ibi militum roma∕noruȝ sola ipatiētia sua:de qua sibi uictoriā iamdudū Hannibal ꝑsumebat:amisit. Col∕lega etiā Paulo:quo tandē uiro ꝑdito nouissime in urbeȝ pene solꝰ impudentissime re∕dire ausus meruit impudentiæ suæ ꝑmium:nā gratiæ ei:q; de republica non desperassȝ quam tamen ipse fecerat desperatam:publicæ in senatu actæ sunt. Porro autē Man∕cinus qui sorte bellica circumuentum exercitum ne perderet:laborauit:ab eodeȝ sena∕tu deditione damnatus est. Scio Romanis & illud in Varrone displicuisse:sed tempori concessum est:& hoc in Mancino placuit:sed secundū tēpus ꝑsumptum est:atq; ideo ab initio ꝑfecistis:ut nec ciuis cōsulat cōueniēter igratis:nec hostis fideliter credat infi∕dis. Interea Brutꝰ in interiore Hispāia.lx.M. Gallogræcoꝝ:q̄ Lusitāis auxilio uenerāt: asprimo bello & difficili:quāuis incautos circūuenisset:opꝑssit: quorū in eo ꝑlio.l.M. occisa.sex.M.capta referunt:pauci fuga euaserunt. In citeriore Hispania Lepidus pro cōsul Vacceos innoxiā gentem & supplicem:& senatu ꝓhibēte pertinaciter expugnare tentauit. Sed mox accæpta clade grauissima improbæ ꝑtinaciæ pœnas luit.sex.M. qp pe romanoꝝ in hoc iniusto bello iustissime cæsa sunt:reliqui exuti castris: armis etiam ꝑditis euaserunt. Nec minus turpis hæc sub Metello clades:q̄ sub Mancino fuit: quar nunc sibi hæc tēpora loco felicitatis ascribant:non dico Hispani tot pulsati fatigatiq; bel lis:sed ipsi romani tā cōtinuis subacti cladibus:totiensq; superati:ut nō exprobrē quot prætores eoruȝ:quot legati:quot cōsules:quot legiōes:quātiq; exercitꝰ cōsumpti sunt. Illud solū reuoluo:quāta fuerit timoris amētia. Miles Romanus hebetatus:ut iā nec ad exꝑimentum q̄dem belli cohibere pedē:atq; affirmare aīum posset:sed mox conspe cto Hispano specialiter hostem diffugiens:uinci se pene prius crederet:q̄ uideri. Quo argumento patet apud utrosq; misera illa tempora iudicata:cuȝ & Hispani & si uincere poterant:inuiti tamē desererent ocia sua dulcia:& bella externa tolerarent:& romani q̄ to impudentius alienæ q̄eti sese ingererent:tanto turpius uincerentur.

In urbe Roma puerum natum nouum monstrum:& in Sicilia montem Aetnam uastos ignes eructasse. Cap. IIII.

SEruio Fuluio Flacco:& Quinto Calphurnio Pisone cōsulibus: Romæ pu∕er ex ancilla natus est quadrupes:quadrimanus:oculis.iiii. auribus totidem: natura uirili duplex. In Sicilia mons Aetna uastos ignes eructauit: ac fudit: q torrentum modo per ꝑcipites prona:proxima quæq; corripientibus exussēr flammis longinquiora autem fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus torruerūt: qd Siciliæ semper uernaculum genus monstri non portendere maluȝ assolet:sed inferre. In Bononiēsi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igit in Sicilia bellū ciuile ortū est:qd adeo graue & atrox multitudine seruoꝝ tunc ad arma instructorum copiaq; & magni tudine uirium fuit:ut non dicam prætores romanos:quos penitus profligauit: sed cō∕sules quoque terruerit. nam septuaginta milia seruorum: tum in arma conspiran∕

tium fuisse referunt᷑:excæpta urbe Mesana:quæ seruos liberaliter habitos in pace con/tinuit. Cæterum Sicilia in hoc quoq; miserior est:qa insula:& nunq̃ erga pactū suum iuris idonea:nunc tyrānis subiecta:nunc seruis:uel illis dominatu improbo exigētibus seruitutem:uel istis præsumptione puersa cōmutantibus libertateȝ:maxime quia clausa undiq; mari egerere foras nō facile potest intestinū malum. Viperinam qppe conceptionem pditionis suæ aluit sua libidine auctā:sua morte uicturam. In hac autē seruilis tumultus excitatus:quanto rarior cæteris:tanto truculentior est:quia intentione commouetur libera multitudo:ut patriam augeat:seruilis ut perdat.

Scipio consul creatus Numantiam deleuit. Capi. V.

Anno ab urbe cōdita.dc.xx.cū maior pene infamia de fœdere apud Numātiā facto:q̃ apud Caudinas quondā furculas pudoreȝ romanæ frontis oneraret: Scipio Aphricanus consensu omniū ex tribuno consul creatus:atq; ad expugnandā Numātiā cū exercitu miss9 ē. Numātia aūt citerioris Hispāiæ haud ꝓcul a Vacceis & Cātabris in capite Gallatiæ sita:ultima Celtiberoꝝ fuit:hæc p annos.xiiii.cuȝ solis.iiii.M.suoꝝ.xl.M.romanorū nō solū sustinuit:sed etiaȝ uicit:pudendisq; fœderib9 affecit. Igit᷑ Scipio Aphrican9 Hispaniā ingressus:non ilico se ingessit hostibus: ut quasi incautos circūuēiret:sciēs nunq̃ id gen9 hoīuȝ adeo in ociū corpe atq; animo resolui: ut nō ipsa qualitate habitudinis suæ apparatus alioꝝ ꝑcelleret:sed aliquādiu militeȝ suum in castris uelut in scholis exercuit. Et cū partim æstatis totāq; hyemē:ne attentata quidē pugna trāsegisset:sic quoq; paꝝ propemodū hac ꝑfecit industria:nanq; ubi copia pugnādi facta ē:exercitus romāus oppssus impetu numantinorum terga conuertit:sed increpatiōe & minis obiectantis sese consulis:manuq; retinentis tādem indignatus in hostem rediit:& quem fugiebat:fugere compulit. Difficilis in relatu fides numātinos effugauere:& fugientes uidere romani. Vnde q̄uis Scipio:quia præter spem acciderat:lætatus & gloriatus esset:tamen ultra bellum aduersus eos audendum nō esse professus est. Itaq; Scipio insistendū inopinatis prouētibus censuit:urbē ipsam obsidione cōclusit:& fossa circūdedit:cui9 latitudo pedib9.x.altitudo.xx.fuit. Ipsum deinde uallū sudib9 præstructū crebris turrib9 cōmuniuit:ut siqua ab erūpente hoste ī eū tētaret᷑ irruptio:iā nō quasi obsessor cū obsesso:sed uersa uice obsessus obsesso repugnaret. Numātia aūt in tumulo sita haud ꝓcul a flumine Durio tria.M. passuum ambitu muri amplexabat᷑.quis aliqui asserant eam & puo situ & sine muro fuisse. Vnde credibile est:cum hoc spatii cura alendorū custodiendorumq; pecoꝝ:uel etiam exercendi ruris cōmodo:cum bello premerētur incluserint ipsam arcem paruam natura munitam obtinētes. Alioquin tantam paucitatem hoīum:tam amplum urbis spatium nō munire magis q̃ prodere uidebat᷑. Igitur conclusi diu numantini:& fame trucidati deditionem sui obtulerunt. Si tolerabilia iuberentur:sæpe etiam orantes iustæ pugnæ facultatem:ut tanquam uiris mori liceret. Vltimo omnes subito duabus portis eruperūt: larga prius potione usi non uini:cuius ferax is locus non est:sed succo tritici per artem cōfecto:quē succū a calefaciēdo celiam uocāt. Suscitat᷑ enim illa ignea uis germinis madefactæ frugis:ac deinde siccat᷑:& post in farinam redacta molli succo admiscet᷑: quo fermento sapor austeritatis & calor ebrietatis adiicit᷑. Hac igitur potione post longam famem recalescētes bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen:& usq; ad piculum romanorū fuit:iterūq; romāi pugnare se aduersum numātinos fugiendo probauissent:nisi sub Scipiōe pugnassent. Numātini interfectis suoꝝ fortissimis bello cedunt: cōpositis tamē ordinib9:nec sicut fugiētes in urbē reuertunt᷑ corpa interfectorum ad sepulturaȝ oblata accipe noluerūt. Nouissima spe despatiōis in mortē oēs destinati clausaȝ urbem

ipsi introrsum succēderunt:cūctiq; pariter ferro ueneno atq; igne cōsumpti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere uictis præter securitatē suam:neq;.n.euersa Numātia uicisse se magis numātinos:q euasisse duxerūt:unū numātinū uictoris catēa nō tenuit unde triūphū dederit Roma non uidit. Aurum uel argentum:quod igni supereē potuisset:apud pauperes non fuit. Arma & uestes ignis absumpsit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacem petiisse. Cap. VI.

IGitur ea tēpestate cū hæc apud Numantiā gesta sunt:apud Romā Gracchorū seditiōes agitabant. Scipio aūt cum deleta Numantia cæteras Hispāiæ gentes pace cōponeret:Tiresum quēdam Celticū pricipē cōsuluit:qua ope res numantina aut prius inuicta durasset:aut post fuisset euersa. Tiresus respondit. Concordia inuicta discordia exitio fuit:quod romani tanq̄ sibi ac de se dictū exempli loco accæperunt. qppe quibus iam de seditōe discordātis totius urbis nunciabat. Carthagie Numātiaq; deleta orit apud romanos utilis de prouisiōe collatio:& orit ifamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plæbis iratus nobilitati:q inter auctores numantini fæderis notatus esset:agrū a priuatis eaten⁹ possessum populo diuidi statuit. Octauo tribuno plæbis obsistenti ademit impium:& successorem Numitium dedit. His causis senatū ira:populum supbia inuasit:ac tunc forte Attalus Eumenis filius moriēs testamento populum romanum imperio Asiæ hæredem succedere iusserat. Gracchus gratiam populi precio appetens legem tulit:uti pecunia:quæ fuisset Attali:populo distribueretur. Obsistente Nasica etiam Pompeius spopondit:se Gracchum cum primum magistratum adiisset:accusaturum.

In urbe ortam seditionem grauem:& in Sicilia seruilem cōtagionem. Cap. VII.

GRacchus cum niteret:ut ipse tribunus plæbis subsequēte anno permaneret cūq; comitiorū die seditiōes populi accederet:auctore Nasica inflāmata nobilitas fragmentis subseliorū plæbē fugauit. Gracchus per gradus qbus itur sup Calphurniū fornicē detracto amiculo fugiēs ictus fragmēto subselii corruit. Rursusq; assurgens alio ictu clauæ cerebro ipactæ exanimatus ē. Ducenti ꝑterea in ea seditiōe interfecti:eorumq; corpora in Tyberim ꝓiecta sunt:ipsius quoq; Gracchi inhumatū cadauer extabuit. Orta ꝑterea in Sicilia belli seruilis cōtagio:multas late infecit prouincias:nā & Minturnis.cccc.l.serui in crucē acti:& Sinuessæ ad.iiii.M. seruorū a Quinto Metello & Gneo Seruilio cæpione oppressa sunt. In metallis quoq; Atheniensiū idē tumultus seruilis ab Heraclito ꝑtore discussus est. Apud Delon & serui nouo motu intumescentes oppidāis ꝑuenientibus pressi sunt absq; illo primo Siciliensis mali fomite:a quo iste uelut scintillæ emicantes diuersa hæc incendia seminauit. In Sicilia enim post Fuluiū cōsulē Piso cōsul Mamerciū oppidū expugnauit:ubi octo.M. fugitiuorū interfecit:quos aūt capere potuit patibulo suffixit:cui cum Rutilius consul successisset idem quoq; Taurominiū & Aetnā firmissima fugitiuorū refugia bello recæpit:ubi amplius q.xx.M. tunc seruorū trucidata referunt. Misera ꝑfecto talis belli & inextricabilis causa. Pereundū utiq; dominis erat:nisi insolescentibus ferro obuiā iretur. Sed tamen in ipsis quoq; infelicissimis damnis pugnæ:& infelicioribus lucris uictoriæ:quanti periere uicti:tantum perdidere uictores.

Attalum regem Asiæ testamento Asiā reliquisse romanis. Cap. VIII.

ANno ab urbe cōdita.dcxxii. Publius Lycinius Crassus cōsul & pontifex maximus:aduersus Aristonicū Attali fratrē q traditā testō romanis Asiam ꝑuasefrat:cū instructissimo ē missus exercitu. Præterea magnis regibus:hoc est Nicomede Bithiniæ:Mithridate Ponti & Armeniæ:Ariarathe Cappadociæ:Phillo-

mene Paphlagoniæ:eorũq; maximis copiis adiutus:conserto tamẽ bello uictus est: & cũ exercitu post plurimaꝫ cædem in fugam acto:ipse iã circũuetus ab hostibus:& pene captus esset:uirgã:qua erat usus ad equũ ĩ oculũ Thracis ĩpegit. Barbarus aũt cũ ira & dolore exarsisset: latus Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis effugit:& dedec9 & seruitutẽ. Perpẽna cõsul:q Crasso successerat:audita morte Crassi & clade exercitus Romani raptim in Asiam peruolauit: Aristonicum recenti uicto-ria furiantem improuiso bello adortus: nudatum omnibus copiis in fugam uertit. Cũ q; Stratonicem urbem: ad quam ille confugerat obsidione cinxisset: trucidatum fame ad deditionem coegit. Perpenna consul apud Pergamum correptus morbo diẽ obiit. Aristonicus uero ductus ad urbem Romam iussu senatus in carcere strangula tus est. Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorum regis uita misera miseriorem uitæ exi tum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam:ac deinde in matrimonio recæptaꝫ turpius q̃ duxit:abiecit. Priuignam uero suam:hoc est filiam sororis & coniugis:coniu gem asciuit:filiumque suum:quem ex sorore suscæperat:necnon & filium fratris occi-dit. Quamobreꝫ tantis incestis parricidiisq; execrabilis ab Alexandrinis regno pulsus est. Iisdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atq; Hecharbana totum Mediæ imperium aduersus Pharaathẽ Parthoꝝ regẽ cõgressus uictus est:qui cum in exercitu suo.ccc.M.armatorum habere uideretur.c.M.& amplius calonum & lixaruꝫ immixta scortis & histrionibus trahebat. Itaq; facile cuꝫ uniuerso exercitu suo Partho rum uiribus oppressus interiit. Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio consuli-bus Publium Scipionem Aphricanum pridie pro concione de periculo salutis suæ cõ-testatum:quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denũciari cognouisset: alio die mane exanimem in cubiculo suo repertum non temere inter mala Romanoꝝ maxima recensuerim:præsertim cum tantum in ea urbe Aphricani uigor & modestia ualeret:ut facile uiuo eo neq; sociale neque ciuile bellum posse existere crederetur. Hũc quidam uxoris suæ Semproniæ:Gracchorum autem sororis dolo necatum ferunt:ne scelerata:ut credo:familia:atque in perniciem patriæ suæ nata:iter impias seditiones ui-rorum non etiam facinoribus mulierum esset immanior.

Iterum Aetnam uasto tremore exundasse igneis globis. Cap. IX.

MArco Aemilio & Lucio Oreste consulibus: Aetna uasto tremore concussa ex-undauit igneis globis. Rursusq; alio die Lypara ĩsula & uicinum circa eaꝫ ma-re intãtũ efferbuit:ut adustas quoq; rupes dissolueritːtabulataq; nauiuꝫ lique factis ceris extorruerit:exaniatos pisces supnatãtes excoxerit:hoĩes quoq; nisi q lõgius potuere diffugerẽ:reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsũ uitalibus suffocauit.

Vbi in Aphrica a bellorum excidiis cessatum est:horribileꝫ & inusitatam perditio-nem locustarm secutam. Cap. X.

m Arco Plautio Isæo & Marco Fuluio Flacco cõsulibus uix dum Aphricam a belloꝝ excidiis qeścentem:horribilis & inusitata perditio consecuta est:nanq; cum per totam Aphricam immensæ locustarum multitudines coaluissent: & non modo iam spem cũctam frugũ abrasissent: herbasq; omnes cũ parte radicũ & folia arboꝝ cum teneritudine ramoꝝ consumpsissent:uerũ etiã amaras cortices atq; arida li gna prosissent:repentino arreptæ uẽto: atq; ĩ globos coactæ: portatæq; diu per aerem Aphricano pelago immersæ sunt. Haꝝ cum immensos aceruos longe undis urgenti-bus fluctus ꝑ extenta late littora ꝓpulissent:tetrꝫ nimis atq; ultra opinionem pestiferũ odorem tabida & putrefacta congeries exhalauit. Vnde omnium pariter animãtium tãta pestilẽtia cõsecuta est:ut auium pecudum ac bestiaꝝ corruptiõe aeris dissolutaruꝫ

putrefacta passim cadauera uitium corruptiōis augerent. At uero quanta fuerit hominum lues: ego ipse dum refero: toto corpore phorresco: siqdem in Numidia ī qua tunc Micipsa rex erat. dccc. M. hominum: circa oraꝫ uero martimaꝫ quæ maxime Carthaginensi atqꝫ Vticensi littori adiacet: plus q̄. cc. milia pisse traditum est. Apud ipsaꝫ uero Vticā ciuitatē. xxx. milia militum: quæ ad præsidium totius Aphricæ ordinata fuerant extīcta atqꝫ abrasa sunt. Quæ clades tā repētina ac uiolenta īstitit: ut tunc apud Vticā sub una die p unā portā ex illis iunioribus plus q̄. M. d. mortuos elatos fuisse narretur. Veꝝtamē pace & gratia omnipotentis dei dixerī: de cuius misericordia & in cuius fiducia hæc loquor: q̄uis & tēporibus nostris exoriātur aliquādo hæ diuersis partibus locustæ: & plærumqꝫ etiam: sed tolerabiliter lædāt: nunq̄ tamē temporibus christianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut pnicies locustaꝝ: quæ nullo modo ferri uiua potuisset: mortua plus noceret: & quādiu uiuente peritura erant omnia: ea perdita pereūtibus magis omnibus optandum fuerit: ne periret.

Post euersam Carthaginem iterum iussum est eam restitui. Capi. XI.

ANno ab urbe condita. dc. xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quinto Tito Flaminio consulibus Carthago ī Aphrica restitui iussa. xx. & secūdo demū āno: q̄ fuerat euersa: deductis ciuiū romanoꝝ familiis: quæ eā incolerent: restituta & repleta ē: magno āte ꝓdigio præcedēte: nam cū mēsores ad limitādū Carthaginensem agrum missi stipites terminorum indices fixos: nocte a lupis reuulsos mordicus: corrososqꝫ reperissent: aliq̄diu hæsitatū ē: utꝝ Romanæ paci expediret: Carthagineꝫ reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: qui iam occisus in seditione fuerat frater: tribunus plæbis per tumultum creatus: magna reipublicæ pernicies fuit: nam cum sæpe populum Romanum largitionibꝰ promissisqꝫ nimiis in acerbissimas seditiones excitauisset: maxime legis Agrariæ causa: pro qua etiam frater eius Tiberius Gracchus fuerat occisus: tandem a tribunatu Minutio successore decessit. Minutius tribunus cum maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta conuulsisset: legesqꝫ abrogasset: Gaius Gracchus cum Fuluio Flacco īgēti stipatus agmine Capitolium: ubi concio agitabat: ascēdit. Ibi maximo tumultu excitato: quidā præco a Gracchanis interfectus: uelut signū belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus: comitante etiā Graccho togato: breuēqꝫ gladiū sub sinistra occultante: q̄uis & præconē frustra præmisisset: q seruos ad libertateꝫ uocaret: Ianū tanq̄ ī arce occupauit: cōtra quē Decius Brutus uir cōsularis a cliuo publico cum īgenti certamine irruit. Ibi diu obstinatissime dimicauit Flaccus. Gracchus postq̄ in tēplū Mineruæ successerat: gladio īcūbere uolēs īteruētu lictoris retētus est. Itaqꝫ cū diu anceps bellum agitaret: tādē sagittarii ab Opimio missi cōsertā multitudinē disturbauerunt. Duo Flacci pater filiusqꝫ cū p ædē Lunæ ī domū priuatā desiluissēt: foresqꝫ obiecissēt: rescisso craticio pariete: cōfossi sūt. Cracchus pro se amicis pugnātibus ac peuntibus ægre ad pōtē subliciū puenit: ibiqꝫ ne uiuus caperetur: ceruicē seruo suo præbuit. Caputꝫ Gracchi excisū consuli allatū ē: corpus ad Cornelia ꝫ matrē Missenū oppidū deuectū est. Hæc aūt Cornelia Aphricani maioris filia Missenum post prioris filii mortem secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi. cc. l. homines in Auētino mōte cæli referūtur. Opimius cōsul sicut ī bello fuit fortis: ita in quæstione crudelis: nam amplius q̄ tria M. hominū suppliciis necauit: ex qbus plurimi ne dicta qdē causa innocentes īterfecti sūt. Iisdē tēporibus Metellus Baleares insulas bello puagatꝰ edomuit: & piraticā īfestationē: quæ ab iis dē tūc exoriebatur plurima īcolaꝝ cæde cōpressit. Gneus quoqꝫ Domitius proconsul Allobroges Gallos iuxta oppidum Vindalium grauissimo bello uicit:

maxime cum elephantorum noua forma equi hostium hostesq; conterriti diffugissēt.
xx.M.ibi Allobrogum cæsa referuntur.iii.M.capta sunt.

Aetnam ultra solitum exarsisse. Capi.XII.

EOdem tempore Aetna mons ultra solitum exarsit:& torrentibus igneis super
fusis lateq; circumfluentibus Catinam urbem finesq; eius oppressit: ita ut te-
cta ædium calidis cineribus præusta & prægrauata corruerent: cuius leuandæ
cladis causa senatus.x.annorum uectigalia Catinensibus remisit.

Galli a Fabio uicti penes Rhodanum: & a Matio circa alpes. Cap.XIII.

ANno ab urbe cōdita.dc.xxviii.Fabius consul Bitinto regi Arneruoꝝ Galliæ ci
uitatis bellū maxīo īstructū cōparāti adeo cū paruo exercitu occurrit: ut Bitin-
tus paucitatē Romanoꝝ uix ad escā canibus: quos ī agmine habebat: sufficer
posse iactaret: q cū sibi ad trāsferēdas copias unū pōtē Rhodani fluminis paruꝫ eē intel
ligeret: aliū cū paucis litribus catenisq; cōnexū supstratis cōfixisq; tabulis struxit. Con
serta pugna:& diu grauiter agitata uicti Galli: cōuersiq; ī fugā dū qsq; sibi timet: coacer
uatis īcōsulte agminibus præpropo trāsitu pōtis uicula ruperūt: ac mox cū ipsis lintri
bus mersi sūt.c.lxxx.M.armatoꝝ ī exercitu Bitinti fuisse traduntur: ex quibus.c.l.M.
uel cæsa uel mersa sunt. Quintus Martius cōsul Gallorum gentem sub radice alpium
sitā bello aggressus est: q cum se Romanis copiis circūseptos uiderent: belloq; īpares fo
re ītelligerent: occisis coniugibus ac liberis in flammas sese ꝓiecerunt. Qui uero præ-
occupantibus Romanis peragendæ tunc mortis suæ copiam non habuerant: captiq;
fuerant: alii ferro: alii suspendio: alii abnegato cibo sese consumpserūt: nullusq; omnino
uel paruulus superfuit: qui seruitutis conditionem uitæ amore tolerare.

Iugurthæ Numidarum regi bellū cōsensu romani populi indicit. Cap.XIIII.

ANno ab urbe cōdita: dc.xxxv.Publio Scipiōe Nasica & lucio Calphurnio Be-
stia cōsulib9 Iugurthæ Numidaꝝ regi bellū cōsensu populi Rōani senatus ī-
dixit. Sꝫ ego de Iugurtha ordinis tm̄ loco & causa cōmemoratiōis breuiter p-
strinxeri: qa ut de natura eius uaria atque ītolerabili: ita & de rebus tā dolose: q̄ strenue
gestis: pp opimā scriptoꝝ luculentiā satis sufficiēs apd oēs noticia est. Igit Iugurtha Mi
cipsæ Numidaruꝫ regis adoptiuus: hæresq; inter naturales eius filios factus primuꝫ co-
hæredes suos: idest Hyepsalē occidit: Adherbalē bello uictuꝫ Aphrica expulit: Calphur
niuꝫ inde consulem aduersum se missū pecunia corrupit: atq; ad turpissimas conditiōes
pacis adduxit. Præterea cū Romā ipse uenisset omnibus pecunia aut corruptis: aut at-
tētatis seditiones dissensionesq; permiscuit: quā cum egrederetur: infami satis notauit
eulogio: dicens. O urbem uenalem & mature perituram: si emptorem inueneris. In se
quenti anno Aulum Posthumium Posthumii consulis fratrem: quem is.xl.M.arma
torum exercitui præfecerat apud Calamam urbem thesauris regiis cōditis inhiantem
bello oppressit: cui uicto ignominiosissimum fœdus exegit: uniuersam pene Aphricaꝫ
a Romanis deficientem regno suo iunxit. Postea tamen Metelli consulis integritate
& disciplina coercitus: duobus etiam prœliis uictus uidit præsente se & uastari Numi
diam suam & non posse defendi: a quo in deditionem coactus.ccc.obsides dedit: fru
mentum atq; alios commeatus persoluturum sese spopondit.iii.M. amplius perfu-
garum reddidit. Exin cum incertus in pace improbos non prohiberet excursus: Gaii
Marii consulis q nō minore pene q̄ ipse præditus erat astutia: Romanisq; uiribus fra-
ctus est: maxime postq̄ Marius urbem Capsam ab Hercule Phœnice: ut ferunt con-
ditam: regiis tunc thesauris confertissimam dolo circumuenit & cæpit. Diffidens dein
de propriis rebus & uiribus Iugurtha societatem cum Boccho maurorum rege fecit:

cuius equicatꝰ in immensum auctus marianum exercitū crebberrimis incursionibus fatigauit. Postremum apud Cyrtham urbem antiquam Masinissæ regiam aduersum Romanos expugnationem eius parantes. lx. milia equitum instructus occurrit. Nunq̄ ulla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit: adeo ut discursu & fremitu circumcursantium & impetentium equitum suscitatus puluis cœlum subtexuerit: diem ademerit: noctemq; obduxerit: tantus autem telorū nimbus ingruerit: ut nulla pars corporis esset ab ictu tuta: quippe quibus & uisus ad prospiciendum impedimento caliginis: & expeditio ad cauendum compressione multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida: ut bene collocatum hostem opportuno teli impetu rimaretur: sed potius in incertum pila mittebant: certi q; uulnera incerta non esset. Ita coacti in unum Romani equites: in unum pedites densabantur. Intercapedini tanti periculi nox interueniens finem dedit. Eadem postera die & belli & periculi facies erat erumpere in hostem: quis stricto miles gladio non ualebat ferire: eminus enim iaculis repellebatur: fugere non poterat: undiq; enim uelocior ad persequendum eques incluserat. Iam tertia dies: & nullū undecūq; suffragiū: dira ūdiq; mortis facies obiiciebat: tandē Marius consul forti desperatione spei uiam fecit: & cum uniuerso simul agmine prorupit e uallo: cāpoq; sese simul e prœlio dedit. Et cū iterū circūfusi hostes non solū agminis extrema laniarent: ueꝝ etiā media excussis ꝓcul telis cederēt: turbatosq; Romanos ĩsup etiā æstu solis: ĩtolerātia sitis: mortis circūstātia: usq; ad extremū desperationis fatigaret: subito notū illud Romanorū aduersus Aphros tempestatū imbriumq; suffragium cœlo missum insperatæ salutis fuit: siquidem repentina pluuia sitientibus Romanis & æstuantibus refrigerium potumq; præbuit. Porro autē Numidis hastilia telorū: quæ manu ĩtorquere sine armentis solent: lubrica ac ꝑ hoc inutilia reddidit. Scuta etiam: quæ elephanti corio extento atq; durato habilia & tuta gestabant: cuius ea natura est: ut accæptum imbrem: tanq̄ spongia ebibat: ac per hoc intractabile repentino pondere fiat: quia circumferri non poterant: defendere nequiuerunt. Ita ex insperato conturbatis destitutisq; Mauris ac Numidis: Bocchus & Iugurtha fugerunt. Post hoc. l. M. armatorum nouissimo bello ab iisdem regibus obiecta hæc quoque usq; ad internitionem Romanis uincentibus cæsa referuntur. Ex eo Bocchus spem belli abiiciens pacem petiuit: atq; in preciū pacis Iugurthā dolo captum cathenisq; obrutum per Syllā legatum misit ad Marium: q in triumpho ante currū cum duobus filiis suis actus: mox in carcere strāgulatus ē. Iisdem diebus obscœnum ꝓdigium ac triste uisum est. Lucius Aelius eques Romanus cū uxore & filia Roma ĩ Apuliā rediens tēpestate correptus est: qui cum filiā cōsternatā uideret: ut citius ꝓpioribus tectis succederēt: relictis uehiculis: arreptisq; eq̄s filiā uirginē equo insidentem in medium agmen accæpit. Puella uero ictu fulminis exanimata est. Sed omnibus sine scissura aliqua uestimentis ademptis: ac pectoris pedumq; uinculis dissolutis: monilibus etiā annulisq; discussis: ipso quoque corpore illæso: nisi quod obscœnum in modū nuda: & lingua paululum exerta iacuit: equus quoque ipse quo utebatur: straturis frenis & cingulis dissolutis passim ac dispersis exanimis procul iacuit. Post hoc paruo intercessu temporis. Lucius Vecturius eques Romanus Aemiliam uirginem Vestalem furtiuo stupro polluit. Duas præterea uirgines Vestales eadem Aemilia ad participationē ĩcesti sollicitas cōtubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. Indicio ꝑ seruū facto supplicium de omnibus sumptum est. Iisdem præterea Iugurthini belli tēporibus Lucius Cassius cōsul ĩ Gallia Tigurinos usq; ad oceanum ꝑsecutus: rursumq; ab eisdem insidiis circūuentus occisus est. Lucius quoq; Piso uir cōsularis legatus Cas

sii cõsulis iterfectus. Gaius Publius alter legatus: ne residua exercitus portio quæ in castra cõfugerat: deleret: obsides & dimidiã partẽ reꝝ omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit: q Romã reuersus a Cælio tribuno plæbis die dicta eo ꝙ Tigurinis obsides dederat: i exiliũ ꝓfugit. Scipio ꝓcõsul capta urbe Galloꝝ: cui nomẽ ẽ Tolosa. c. M. ponderis auri: & argẽti. cx. M. e tẽplo Apollinis sustulit: qđ cũ ad Massiliã amicã populo Romano urbẽ cũ ꝑsidiis misisset: iterfectis clã: sicut qdã cõtestant: qbꝰ ea custodiẽda & ꝓuehẽda cõmiserat: cũcta p scelꝰ furatꝰ fuisse narrat: unde magna q̃stio post Rõæ acta ẽ.

Multas gentes in unum conspirasse: ut Romanũ nomen delerent. Cap. XV.

ANno ab urbe condita. dcxlii. Gaius Manilius & Quintus Cæpio proconsules aduersus Cimbros & Teutones Tigurinos & Ambronas Galloꝝ gentes: quæ tũc: ut iperium Romanum extiguerent: cõspirauerãt: missi ꝓuincias sibi Rhodano flumine medio diuiserũt: ibi dum iter se grauissima inuidia & contentione disceptant cum magna ignominia & periculo Romani nominis uicti sunt: siquidem in ea pugna Marcus Aemilius consularis captus atq; interfectus est. Duo filii consulis cæsi. lxxx. M. Romanoꝝ sociorũq; ea tempestate trucidata. lx. M. calonum atq; lixarũ interfecta Antias scribit. Ita & ex omni penitus exercitu. x. tãtummodo homines: qui miserum nuncium ad augendas miserias reportarent: superfuisse referuntur. Hostes: binis castris atq; ingenti præda potiti noua quadam atq; insolita execratione cunctaq; cæperant: pessumdederunt. Vestis discissa & proiecta est: aurum argentumq; in flumen abiectum est: loricæ uiroꝝ cõcisæ: phaleræ quoq; equoꝝ disperditæ: equi ipsi gurgitibus immersi: homines laqueis collo iditis ex arboribus suspensi sũt: ita ut nihil prædæ uictor: nihil misericordiæ uictus Agnosceret. Maximus tũc Romæ nõ solũ luctus: ueꝝ etiam metus fuit: ne cõfestim Cimbri alpes trãsgrederent: Italiamq; delerent. Iisdem temporibus Quintus Fabius Maximus filium suum adolescentem ruri relegatum cum duobus seruis parricidii ministris iterfecit: ipsosq; cõtinuo seruos i precium sceleris manumisit. Die dicta: Gneo Pompeio accusante damnatus est. Igitur Marius quarto cõsul: cum iuxta Isaram Rhodanumq; flumina: ubi i sese cõfluũt: castra posuisset: Teutones Cimbri & Tigurini & Ambrones: postq̃ cõtinuo triduo circa Romanorum castra pugnarũt: si quo pacto eos excuterent uallo: atq; in equum fũderent: tribus agminibus Italiã petere destinarũt. Marius post digressũ hostiũ castra mouit: & collẽ occupauit: q campo & fluuio: ubi hostes sese diffuderant: iminebat. Cũq; exercitui eius aqua ad potãdũ deẽt: querelis omniũ coargueret: aquã qdẽ in conspectu esse respõdit: sed eã ferro esse uẽdicãdã. Primis itaq; calonibus cũ clamore in pugnam ruentibus subsecutus exercitus: mox iusto certamine cõpositis ordinibus bellatũ est: & uicere Romani. Quarto die rursus ꝓductæ utrinq; i cãpum acies usq; ad meridiem pene pari pugnauere discrimine. Post ubi icalescẽte sole fluxa Gallorum corpora in modum niuium distabuerunt: usq; in noctem cædes potius q̃ pugna ꝓtracta ẽ. Ducẽta milia armatoꝝ in eo bello iterfecta sũt. lxxx. M. capta. uix. iii. M. fugisse referunt. Dux quoq; eorum Teutobecchus occisus ẽ. Mulieres eorum constantiore animo: q̃ si uicissent: petierunt a cõsule: ut sibi iuiolata castitate: uirginibus sacris ministrare fas esset: quo uitã sibi reseruarẽt: quã rẽ cum nõ impetrasset: paruulis suis ad saxa illisis cunctæ sese ferro ac suspendio peremerunt. Hæc Tigurinis & Ambronibus gesta sunt. Teutones autẽ & Cimbri itegris copiis alpiũ niues emẽsi Italiæ plana puaserũt: ibiq; cum rigidum genꝰ diu blandioribus aureis cibis poculis ac lauacris moliret: Marius quintus consul & Catulus aduersus eos missi: die ad pugnã & campo dato: Hãnibalis secuti ingenium in nebula disposuere: pugnã in sole pugnauerũt. Prima siqdeꝫ pturbatio galloꝝ fuit: ꝙ

Romanā aciē prius offendere dispositam:q̄ adesse senserunt. Cūq; ilico uulnerati equites retro ī suos cogerent:totāq; multitudinē idisposite adhuc aduētātē cōturbarent: & sol cum uento ortus ex aduerso emicuisset:uisus eoꝝ puluis oppleuit:& splendor hebetauit. Ita factum est:ut tanta ac tam terribilis multitudo: minima Romanorum clade sua ultima internitione cæderetur. Centum. xl. M. eorum tunc in bello cæsa. xl. M. capta dicuntur. Mulieres grauiorem pene excitauere pugnam: quæ plaustris in modum castrorum circumstructis: ipsæ autem desuper propugnantes diu prope repulere romanos. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur:abscissis enim cum crine uerticibus inhonesto satis uulnere turpes relinquebantur:ferro qđ ī hostem sumpserant:ī se suosq; uerterūt:nanq; aliæ cōcursim mutuo iugulatæ:aliæ apprehēsis inuicem faucibus strāgulatæ: aliæ funibus per equorū crura consertis:ipsisq; equis extimulatis: q̄bus equoꝝ crura nexuerāt: indidere ceruices:quousq; ꝓtractæ atq; exanimatæ sunt: aliæ laqueo de subiectis plaustrorum temonibus pependerūt. Inuenta est etiā quædā quæ duos filios traiectis per colla eorū laqueis ad suos pedes uinxerit: & cum seipsam suspendio morituram dimisisset: secum traxerit occidendos. Inter hæc multa & miserabilia mortis genera. Reguli quoq; duo strictis ī se gladiis concurrisse referuntur. Lucius & Boiorix reges in acie ceciderūt. Claudius & Cesorix capti sūt. Ita in his duobus prœliis. ccc. l. M. Galloꝝ occisa. &. c. xl. M. capta sūt absq; īnumera mulieꝝ multitudīe: q̄ se suosq; paruulos fœmineo furore:ui aūt uirili necauerunt. Cap. XVI.

Post triūphū Marii ĩcredibile facinus & nunq̄ ātea Rōanis cognitū ꝑpetratū fuisse.

Git talem Marii triūphū Romanamq; uictoriam ĩcredibile facinus:& nunq̄ antea Romanis cognitū Romæ subito perpetratum: uersa ī horrorē ac mœrorem tota urbe fuscauit. Publitius qdam malleolus seruis ānitētibus matreʒ suam interfecit. Dānatus parricidio: insutusq; e culeo in mare proiectus est: impleueruntq; Romani facinus & pœnaʒ:de qua re Solon atheniensis decernere nō ausus fuerat:dum fieri posse non credidit:& Romani qui se ortos a Romulo scirent: etiam hoc fieri posse intelligentes supplicium singulare sanxerunt. Anno ab urbe condita. dcv. post Cimbricum & Teutōicum bellum & quintum marii consulatum:quo status imperii romani iure conseruatus iudicatur: consulatu sexto eiusdem Gaii marii ita labefactatus est ut pene usq; ad extremum ĩtestina clade conciderit. Euoluere ac percurrere mihi discordiarum ambages & inextricabiles seditionum causas ĩcommodum simul ac lōgum uidet:sane breuiter strinxisse sufficiat:quod primus Lucius Apuleius saturnin9 excitati tumultus auctor extiterit:quinto Metello Numidico uiro sane primario acerrimus inimicus:qui eum censorem creatum protractum domo:atq; in Capitolium fugientem armata multitudine obsedit:unde equitum romanoꝝ indignatione deiectus est:plurima ante Capitolium cæde facta. Anumium deīde competitorem suum saturninus & Glaucia:fraude Maii Marii consulis occiderūt. Subsequente anno marius sextū cōsul & Glaucia prætor:& Saturninus tribunus plæbis conspirauerunt: metellum Numidicum in exilium quacunque ui agere. Die dicta a suppositis eiusdem factionis ĩfamibus ausibus contionem domi suæ habuit: ibiq; ab aliis rex:ab aliis imperator est appellatus. Marius manipulatim plæbe descripta alterum consulem cū præsidiis in colle disposuit: ipse portas communiuit. In foro prœlium commissum est. Saturninus a marianis foro pulsus in Capitolium confugit: marius fistulas qbus eo aqua deducebatur:incidit. Bellum deinde ī aditu Capitolii horridum satis actum est:multiq; circa Saufeniū & Saturninū cæsi. Saturninus palā clamitans mariū auctorē eē omniū molitionū suaꝝ cōtestatus ē. Cū aūt ipe Saturninus & Saufenius & Labienus cogēte mario ī

curiã confugissent: p equites romanos effractis foribus occisi sũt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus ẽ. Furius tribunus plæbis bõa oĩu3 publicanda decreuit. Gneus Dolobella Saturnini frater p fo℞ olitorium fugiens cum Lucio Leganio iterfectus ẽ. Itaq; auctoribus tãtæ seditiõis occisis: quies populo fuit. Tũc Cato atq; Põpeius rogationẽ de reditu Metelli numidici totius urbis gaudio promulgarunt: qđ ne perficeret: Marii consulis & Furii tribuni plæbis factionibus intercessum est. Rutili9 quoq; uir integerrimus: adeo fidei atq; innocẽtiæ constãtia usus est: ut die sibi ab accusatoribus dicta usq; ad cognitionẽ neq; capillũ barbamue summiserit: neq; sordida ueste humiliue habitu suffragatores conciliarit: inimicos pmulserit: iudices temperarit: orationemq; a prætore concessam nihilo summissiorem q̃ animum habuerit. Cum euidẽti oppugnaret calumnia & opinione bonorum omnium iure absoluẽdus putaret: periurio iudicũ cõdẽnatus est: qui Smyrnã cõmigrans littera℞ studiis cõtentus cõsenuit.

Mœstam urbem prodigia terruerunt. Cap. XVII.

ANno ab urbe cõdita. dc. lix. Iulio Cæsare & Lucio Marco Philippo consulib9 intestinis causis sociale bellum tota3 cõmouit Italiam: siquidem Liuius Drusus tribunus plæbis Latinos omnes spe libertatis illectos cum placito explere non posset: in arma excitauit: quo accessit: ut mœsta3 urbẽ prodigia dira terreret: nã sub ortu solis globus ignis a regiõe septentrionis cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Aretinos cum panes per conuiuia frãgerentur: cruor e mediis panibus: q̃si e uulneribus corporum fluxit. Præterea per septem cõtinuos dies grando lapidum: immixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberauit. In Sãnitibus uastissimo hiatu terræ: flãma prorupit: & usq; in cœlum extendi uisa est. Complures præterea in itinere uidere romani globu3 coloris aurei cœlo ad terram deuolui: maioremq; factum rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri: ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus tantis malis anxius domi suæ incerto quide3 auctore interfectus ẽ. Igit̃ Picentes & Vestini Marsi Peligni Marrucini Sãnites & Lucani: cũ adhuc occultã defectionẽ meditarent: Gaium Seruiu3 prætorem legatum ad se missum apud Asculu3 occiderunt: statimq; clausa ciuitate omnes ciues Romanos in dicta cæde iugularunt. Cõtinuo atrocissimã perniciem infamissima præcessere prodigia: nanq; omnium generu3 animalia: quæ manus hominum perpeti: atq; inter homines uiuere solita erant: relictis stabulis pascuisque cum balatu hinnitu mugituque miserabili: ad siluas montesque fugerunt. Canes quoq; quorum natura ẽ extra homines esse non posse: lachrymosis ululatibus uagi luporum ritu oberrarũt. Igitur Gneus Pompeius prætor cum Picentibus iussu senat9 bellũ gessit: & uictus est. Postq̃ sibi Sãnites Papium Mutilium imperatorem præfecerant: Marsi autem Agamẽnonem archipiratam præoptauerant: Iuli9 Cæsar Sãnitum pugna uictus cæso fugit exercitu. Rutilius consul Marium propinquu3 suum legatum sibi legit: quem assidue submonentem: moram bello utilem fore: & paulisper in castris exerceri militem oportere Tironem: dolo id eum agere ratus contẽpsit: seseq; ĩ insidias marsoru3: & uniuersum agmen exercitus sui incautus iniecit: ubi & ipse cõsul occisus: & multi nobiles interfecti: & octo. M. romanorum militum cæsa sunt. Arma & corpa ĩterfecto℞ ĩ cõspectu Marii legati Telonius Flauius ptulit: atq; ĩ testĩoniũ cladis euexit. Marius raptis cõtinuo copiis uictores inspatus oppssit: octo milia & ipse marso℞ interfecit. Cæpio aũt a Vestinis & marsis deductus in insidias cũ exercitu trucidatus ẽ. Iulius Cæsar postq̃ apud Eserniam uictus aufugerat: contractis undiq; copiis aduersus Sannites & Lucanos dimicans multa hostiũ milia interfecit. Cũq; ab exercitu impator appellatus eẽt: Romãq; nuncios pro adepta uictoria misisset: senat9 sagũ

hoc est uestem mœroris: quã exorto sociali bello sumpserat: hac spe arridẽte deposuit: atq; antiquũ togæ decorem recuperauit. Marius deĩde sex milia marsorꝝ cecidit: septẽ milia armis exuit. Sylla cum. xxiiii. cohortibus Eserniã missus: ubi arctissima obsidiõe romani ciues & milites ꝑmebant: maximo bello: & plurima cæde hostium urbẽ sociosq; seruauit. Gneus Põpeius picentes graui prœlio fudit: qua uictoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia recæpit: cũ togas tãtummodo de uictoria cæsaris ꝑmũ respirãte sumpsisset. Porcius Cato prætor & Plotius legat⁹ Hetruscos & Vmbros plurimo sanguine ĩpenso difficillimo labore uicerunt. Gneo Põpeio & Portio Catone cõsulibus: Põpeius diu obsedit Asculũ ciuitatẽ: nec tamẽ expugnauisset: nisi populum ĩ campũ prorumpentẽ grauissima oppressione uicisset. Decẽ & octo milia marsorꝝ in ea pugna cũ Franco suo impatore cæsa sunt: capta. iii. milia. Quattuor milia autem italicorum uirorꝝ ex ea cæde profugorum: iugũ montis coacto in unũ agmine forte cõscẽderant: ubi oppssi exanimatiq; niuibus miserabili morte riguerunt: & uisebant: nec ullum erat procul intuẽtibus mortis indicium: nisi diuturna ĩmobilitas: quã nullo mõ humanæ uitæ uegetatio diu ꝑpeti potest. Eadem die Picentes uicti sunt: quorum dux Iudacilius cõuocatis principib⁹ suis: post magnificas epulas: largaq; pocula cũctos ad exẽplum sui ꝑuocãs hausto ueneno consumptus ẽ: cunctis factũ eius laudantibus: sed nemine subsequẽte. Anno ab urbe cõdita. dc. lxi. cũ ad obsidẽdos Sãnites Põpeius & romanus isset exercitus: & Posthumius Albinus uir consularis tunc Lucii Syllæ legat⁹ ĩtolerabili sꝑbia oĩum in se militũ odia suscitasset: lapidibus occisus ẽ. Sylla consul ciuilem cruorẽ nõ nisi sanguine hostili expiari posse testatus ẽ: cuius rei consciẽtia permot⁹ exercitus ita pugnã adorsus ẽ: ut sibi unusquisq; pereũdũ uideret: nisi uicisset: xviii. Sãnitum. M. illo prœlio cæsa sunt. Iuuentiũ quoq; Italicum ducẽ & magnũ ipsius populum ꝑsecutus occidit. Porcius Cato consul marianas copias habẽs: cũ aliquãta strenue gessisset: gloriatus ẽ: Gaiũ Mariũ non maiora fecisse: & ob hoc cũ ad lacũ Fucinũ cõtra Marsos bellũ gereret: a filio Gaii Marii in tumultu belli: quasi ab incerto auctore ꝓstratus est. Gaius Gabinus legat⁹ in expugnatiõe hostiliũ castrorꝝ interfectus ẽ. Marrucini Vestiniq; Sulpitio legato Põpeii persequente uastati sunt. Popedius & Obsidi⁹ Itali impatoris ab eodẽ Sulpitio apud flumen Theanum horribili prœlio oppssi & occisi sunt. Põpeius Asculũ ingressus: ꝑfectos & cẽturiões: cunctosque principes eorũ uirgis cecidit: securiq; pcussit: seruos ꝑdãq; oẽm sub hasta uendidit: reliquos liberos qdem nudos & egẽtes abire ꝑcepit. Et cũ de hac ꝑda opitulationẽ aliquã in usum stipẽdii publici senatus fore speraret: nihil tamẽ ex ea Põpeius egenti ærario contulit: nãq; eodẽ tpe cum penitus exhaustũ esset ærariũ: & ad stipendiũ frumenti deesset expẽsa: loca publica quæ ĩ circuitu Capitolii põtificib⁹: auguribus: decẽuiris & Flaminibus in possessionem tradita erant: cogente inopia uenditi sunt: & sufficiens pecuniæ modus q ad tempus inopiæ subsidio esset: accæpt⁹ est. Eqdem in sinũ tũc ipsi⁹ ciuitatis euersarꝝ oĩuʒ urbium: nudatarũq; terrarꝝ abrasæ undiq; opes cõgerebant: cũ ipsa Roma turpis adigente inopia ꝑcipuas sui ptes auctionabat. Quaobrẽ consideret tunc tẽpora sua: cum quasi inexplebilis uẽter cũcta cõsumẽs & semp esuriẽs cunctis urbibus: quas miseras faciebat: ipsa miserior nihil relinquẽs: nihil habebat: & stimulo domesticæ famis ad cõtinuationem bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem uero temporibus rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Græciam ingressus: cunctos Macedoniæ fines depopulatus est. Tandemque a Gaio Sentio prætore infeliciter superatus: redire in suum regnum coactus est.

Bellum Mithridaticum & bella ciuilia cœpere pene simul.

ANno ab urbe cõdita. dc.lxii. nondũ finito sociali bello: Romæ primum bellũ
ciuile cõmotum ẽ: eodẽq; anno mithridaticũ bellũ: & si minus infame: non ta
men minus graue cœptum ẽ. Equidem de mithridatici belli spatio uarie tradi
tum ẽ: utrũ abhinc cœpit: an tunc ꝑcipue exarserit: maxime cũ alii. xxx. alii. xl. annis ge
stum ferãt. Sed q̃uis iisdẽ temporibus gesta ꝑplexis coaceruata malis exarserint: a me
tamen speciatim: & si breuiter singula proferent. Marius: Sylla consule contra Mithri
datem in Asiam cũ exercitu ꝓfecturus: ĩ Cãpaniã tamen ꝓpter socialis belli reliquias cõ
sistentes affectauit septimũ consulatum: & bellum suscipere mithridaticũ. Quo Syl
la cognito impatiẽs reuera iuuenis: intemꝑataq; ira percitus cum. iiii. legionibus ꝑmũ
ante urbem consedit: ubi Gratidium Marii legatum: q̃si primam uictimam belli ciuilis
occidit: mox urbem cum exercitu irrupit: faces ad inflãmandã urbem poposcit. Omni
bus metu addictis ꝑ sacram uiã cito agmine in forũ uenit. Marius cum ꝑmouer nobili
tatẽ: iflãmare plæbẽ: equestrẽ deinde ordinẽ parmare aduers9 Syllam frustra tentasset
postrẽo seruis spe libertatis & prædæ ad arma sollicitatis: nec quicq̃ repugnare ausis: tã
dem in Capitoliũ cõcessit. Sed cum eo syllanæ cohortes irruissent: magna suorum cæ
de diffugit. Ibi tunc Sulpitius Marii collega seruo suo prodente prostratus est. Seruũ
uero ipsum: ꝙ hostem indicauerat: manumitti: ꝙ uero dominum prodiderat: saxo Tar
peio deiici consules decreuerunt. Marius fugiens cum persequentium instantia circũ
septus eẽt: in minturnẽsium paludibus sese abdidit: de qb9 infeliciter luto oblit9: igno
minioseq; ꝓtract9: turpi aũt spectaculo Minturnas deduct9: cõtrususq; in carcerẽ ꝑcus
sorem ad se missum solo uultu exterruit. Deinde laps9 e uinculis: in Aphricã transfugit
: sollicitatoq; ex Vtica filio: ubi is custodia obseruat: continuo Romam regressus: Cin
næ cõsuli societate scelerũ coniunctus est. Igitur ad confligandam uniuersam rẽpubli
cam: exercitũ sibi in quattuor ptes diuiserunt. Tres siqdem legiões Mario datæ: pti co
piarũ Gneus Carbo præpositus ẽ: partem Sertorius accæpit: ille scilicet Sertorius iam
hinc ciuilis belli incentor & particeps: qui etiam hoc finito aliud post in Hispania bellũ
excitauit: quod per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit. Cætera ue
ro exercitus portio Cinnam secuta est. Porro autem Gneus Pompeius qui a senatu cũ
exercitu accersitus: ut reipublicæ opitularetur: & diu sese nouarum rerum aucupatiõe
suspenderat: contemptus a Mario uel Cinna: ad Octauium consulem sese contulit: &
mox cum Sertorio conflixit. Infelicem pugnam interuentus noctis diremit. Sexcen
ti ex utraq; parte milites trucidati sunt. Postera die cum permixtim corpora ad sepultu
ram discernerẽtur: miles Pompeianus fratris sui: quem ipse interfecerat: corpus agno
uit: in transcursu enim utrinq; cognitionem uultus: & galeæ consideratione furor ade
merat: q̃uis parum sit culpæ circa ignorantiam: ut uideatur nescisse de fratre: quod ñ
ambigitur scisse de ciue. Itaque uictor uicto infelicior: ubi & fratris corpus agnouit: &
parricidium suum: execratus bella ciuilia: illico pectus suum gladio transuerberans: si
mulque lachrymas & sanguinem fundens: super fraternum sese cadauer abiecit. Et qd
hoc profuit ad confusionem crudelis incœpti: quod in primo statim bellorum ciuiliũ
exordio infamis fama percrebuit: concurrisse ignaros quidem fratres: sed conscios ci
ues: petiisse fratrem scelere uictorem fratris occisi spolia: ac mox tantæ ĩmanitatis reũ
eodem gladio: atq; eadem manu per suam necem parricidium: quod admiserat: uindi
casset: Nũquid in tãtarum aĩositate partium tam triste mouit exemplum? Nũquid a pđ
quenq̃ periculũ sceleris repulit terror erroris? Nunquid hæc quæ cõmunis est etiã cũ
belluis pietas & reuerẽtia naturæ: quod unus perimẽdo ac pereundo cõmisit: quod in
se agi posset intremuit: seseq; ab huiusmodi incœpto cõscientia uictus remouit? Quin

potius anis fere. xl. cōsequētib⁹ in tatū cōtinuata sunt bella ciuilia: ut magnitudo laudis appetenda ex magnitudine sceleris putaret. Omnes enim post tale documētum in tali malitia parricidiorum pericula refugissent: nisi parricidia ipsa uoluissent. Igitur Marius coloniam Hostiensem ingressus oia ibi genera libidinis: auaritiæ & crudelitatis exercuit: Pompeius fulmine afflatus interiit: exercitus uero eius pestilentia correptus pene totus absumptus est: nam. xi. M. uirorum de castris Pompeii mortua: sex. M. autē de parte Octauii consulis subtracta sunt. Marius Antium & Ariciam ciuitates hostiliter irrupit: cunctosque in his præter proditores interfecit: bona suis diripienda permisit. Post Cinna consul cum legionibus: & Marius cum fugitiuis urbē ingressi nobilissimos quosque e senatu: & plurimos consulares uiros interfecerunt. Sȝ quota hæc portio ostentatæ miseriæ est: uno uerbo definisse cædem bonorum: cuius fuit tanta numerositas: tanta diuturnitas: tanta crudelitas: tantaqȝ diuersitas. Verumtamen æquius est me aliquid utilitatis subtraxisse cā: q̄ tantuȝ horroris ingessisse notitiæ: siue peritis hæc siue imperitis obiiciantur. De patria siquidem de ciuibus & de maioribus nostris hæc loquimur: qui his excogitati malis tam abominanda gesserunt: de quibus etiam auditis posteri perhorrescant: qui profecto nolunt ista nimium exaggerari: aut sufficientis notitiæ moderatiōe: si sciunt: aut misericordis reuerentiæ contēplatione: si nesciūt. Igit̄ Marius cum interfectorū ciuium capita illata conuiuiis: oblata Capitolio: collocata Rostris: spectaculum ornatumqȝ congereret: ac septimum consulatum cum Cinna tertiū consule p̄uasisset: i exordio cōsularis impii sera tādē morte p̄reptus est. Cinna bonorū neces malorum cæde suppleuit: nam cum introducta per Marium fugitiuorūȝ manus insatiabilis prædandi eēt: nullamqȝ partē auctoribus prædæ cōsulibus ministraret: ī foro quasi stipēdii causa sollicitata: militibusqȝ circūdata: inermis extincta ē. Cæsaq sunt illa die in foro urbis octo. M. fugitiuorum: idemque Cinna quartum consul ab exercitu suo interfectus est. Interea residui senatorum: qui potentiam Cinnæ & Marii crudelitatem: īsaniā Fimbriæ: Sertoriiqȝ audaciā fuga euaserant: transuecti in Græciam coegere precibus Syllam: ut periclitanti: īmo iam pene perditæ patriæ opeȝ ferret. Igitur Sylla mox ut Campanum littus attigit: Norbanum consulem prœlio oppressit: septem milia tunc romanorum Romani interfecerunt: sex milia eorundem ab iisdeȝ capta sunt. c. xxiiii. de Syllana parte ceciderunt. Fuluius uero Hadrianus: cui imperium pro prætore erat: regnum Aphricæ seruorum manu affectans: a dominis eorum apud Vticam: congestis sarmentis: cum omni familia incensus est. Damasippus p̄tor incentore Mario consule Quintum Scæuolam: Gaium Carbonem: & Lucium Domitiuȝ Publium Antistium: in curiam quasi ad consultandum uocatos crudelissime occidit. Corpora interfectorum per carnifices unco tracta: atque in Tyberim missa sunt. Eodem tempore Syllæ duces plura prœlia aduersus marianas partes infelicissima felicitate gesserunt: nā & Quintus Metellus Chariatis copias cecidit: & castra p̄uasit: & Gn. Pom. Carbōis eq̄tatū grauiter trucidauit. Syllæ etiā & Marii adolescētis maximū tūc prœliuȝ apud Sacriportū fuit: in quo de exercitu Marii cæsa sunt. xxv. milia: sicut Claudius scribit. Pompeius Carbonem etiam castris exuit: fugientemqȝ insecutus: nunc cædēdo: nunc ad deditionē cogendo: plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmē opp̄ssit: ubi. ix. M. marianæ partis occisa sunt. Lucullus cū a Quintio obsideret: erupit: & repētia pugna obsessorē deleuit exercitū: nam plus q̄. x. milia ibi tunc cæsa referuntur. Sylla deinde cum Cāpaninio Sānituȝ duce & Charinatis reliquis copiis āte ipsaȝ urbē portāqȝ Collinā ad horam diei nonā signa contulit: grauissimoqȝ prœlio tandem uicit. lxxx. milia hominum ibi fusa dicunt̄. xi. milia sese dediderunt: reliquā multi-

tudinem in fugam uersam insatiabilis uictorum ciuium ira consumpsit.

Sylla urbem intrauit: multosq; interfecit & proscripsit. Cap. XIX.

Sylla mox ut urbē uictor intrauit. iii. milia hoīum qui se per legatos dediderāt: cōtra fas: cōtraq; fidē datā inermes securosq; interfecit. Plurimi tunc quoque ut nō dicā innocētes: sed etiā ipsius Syllanæ ptis occisi sunt: quos fuisse plus q̄ ix. millia ferūt: ita libere p urbē cædes pcussorib9 passim uagantibus ut quemq; uel ira uel præda sollicitabat: agitabatur. Igit̄ cunctis iam quod singuli timebant: aperta frōte timentibus: Q uintus Catulus Syllæ dixit. Cum quibus tandem uicturi sumus: si in bello armatos: in pace inermes occidimus? Tunc Sylla auctore Lucio Fursidio primipilari primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit.

Sylla dictaturam adeptus est. Capi. XX.

Prima proscriptio. lxxx. M. hominum fuit: in qbus quattuor consulares erāt Carbo Marius Norbanus & Scipio: iterq; eos Sertorius tūc maxīe ptimescē dus. Itē alia cū. d. noībus proposita est: quā cū Lollius qppe securus: nihilque sibi cōscius legeret: ubi suum repente nomē offendit: dū se trepidus adoperto capite foro subtrahit: interfectus est. Sed ne in ipsis qdē tabulis fides ac finis malorum uidebat̄ nanq; alios: quos proscripserāt: iugulabāt: alios aūt postquā iugulauerāt: proscribebāt: nec ipsius mortis erat uia simplex: aut una cōditio: ut in nece ciuiū saltem ius hostiū seruaretur: q nihil uictis pter uitā exigūt. Marcū Mariū: siqdem de caprili casa extractum uinciri Sylla iussit: ductumque trans Tyberim ad Luctatiorum sepulchrum: effossis oculis: membrisq; minutatim desectis: uel etiam fractis trucidari. Post hunc Publius Lectori9 senator & Venuleius triumuir occisi. Marci Marii caput Præneste ē missum quo uiso Gaius Marius ultima desperatiōe correptus: ubi a Lucretio obsidebatur: ne incideret in inimicoꝝ manus cum Telesino mutua morte concurrit. Dūq; uiolētius ipse in cōcurrentē māus adegit: circa suū uuluus manū percutiētis hebetauit: Ita eo interfecto ipse leuiter uulneratus ceruicem seruo suo pbuit. Charinatem prætorem romanū Sylla iugulauit. Inde Præneste profectus: omnes Marianæ militiæ principes: hoc ē legatos: quæstores: præfectos: & tribunos iussit occidi. Pompeius Carbonem a Cossura insula in Aegyptum fugere conantem: in Siciliam ad se retractum: & complures cū eo socios eius occidit. Sylla dictator creatus ē: ut dānationis & crudelitatis libido honesti præcipuiq; nominis reuerentia & amaret̄ & uelaretur. Pompeius in Aphricā transgressus: eruptione circa Vticam facta. x. & nouem. M. hominum interfecit: quo bello Domitius dux Marianus: dum inter primores pugnat: occisus est. Idemq; Pompeius Hiertā Numidiæ regē persecutus: fugientē ab Vgode Bocchi Maurorū regis filio spoliari oībus copiis fecit: quē cōtinuo Bullā reuersus tradito sibi oppido interfecit.

P9 bella ciuilia sonātib9 ūdiq; belloꝝ fragorib9 q̄ttuor bella exurrexisse. Cap. XXI.

Creatis itaq; Publio Seruilio & Oppio Claudio consulibus: Lucius Sylla est tandem priuatus. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima: sociale italicū & Syllanū ciuile. Hæc per annos decem tracta plus q̄. c. l. M. Romanoruꝫ cōsumpserunt: tantumque lectissimorum uirorum uernaculorumque militum hoc ciuili bello Roma perdidit: quantum in ea superiori tempore: cum se iam aduersum Alexandrum magnum circumspiceret: indiscretis ætatibus census inuenit. Præterea uiros consulares. xxiiii. prætores sex: ædilicios. lx. senatores fere ducētos: absq; innumeris totius Italiæ populis: qui passim sine consideratione deleti sunt. Q uomodo neget quisq: si ualet: quin eodem damno suo uicerit Roma: quo amisit Italia. Proh pudor. Nunqd nam & hic comparatione ambigua egent tempora? Immo uel maxime inquiunt: nam

quid tam apte:q̄ bellis ciuilibus bella ciuilia comparant? An forte dicetur:etiam in his temporibus bella ciuilia non fuisse:quibus a nobis respondebitur. Iustius quidem socialia uocari oportere:sed nobis proficere:si ciuilia noientur. Tunc enim causis uocabulisq; ac studiis paria docentur omnia:dum sibi in his tanto plus uindicat reuerētia christianæ religionis:quanto minus præsumpserit ira uictoris:nam cum plerumque improbi tyranni temere inuadentes Rempublicam:usurpatoque regio statu: Romani imperii corpus abruperint: atque ex eo bella:uel per se iniusta importarint: uel in se iusta commouerint:Britannis Gallisque populis erecti & instructi. Hæc bella quantum externis proxima:tantum longinqua ciuibus: quid nisi socialia iure uocitentur: cum ipsi Romani Sertorii quidem:aut Perpennæ: aut Crassi:aut Spartaci bella ciuilia uspiam nominarint. In tali ergo defectu:uel duellione sociorum minore nunc utique inuidia laboraret:si fortassis existeret uel grauis pugna:uel cruenta uictoria. Verumtamen cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis afferant & minus pudoris:hoc est causa: pugna: uictoria. uel extinguenda insolentia tyrannorum: uel pro cohibēdo sociorum defectu:uel pro inurendo ultionis exemplo:cui tandem dubium est:quāto nunc mitius:quantoque clæmentius excitata:ut dicunt:bella ciuilia geruntur: imo reprimuntur. Quis enim unum ciuile bellum per decem annos his temporib⁹ agitatum audierit? Quis uno bello.c.l.M.hominum uel hostium ab hostibus:ut non dicam ciuium a ciuibus cæsa meminerit? Quis illam quam explicare longum est:optimorum atque illustrium uirorum multitudinem trucidari in pace cognouerit. Postremo qui illas infames interficiēdorum tabulas tenuerit? legerit? senserit? ac non potius omnibus notum sit:una cunctos pace compositos:atq; eadem salute securos:uictos uictoresque pariter communi exultasse lætitia:ac etiam in tantis totius imperii Romani prouinciis:urbibus:ac populis:uix paucos aliquando extitisse:quod iusta ultio inuito etiam uictore damnarit? Et ut uerbis uerba non onerem:non temere dixerim tantaʒ uel in bello saltem extinctam modo fuisse gregariorum militum manum:quanta tunc cæsa est in pace nobilium. Igitur Sylla mortuo Lepidus Mariāæ partis assertor aduersus Catulū Syllanū ducem surgens rediuiuos bellorum ciuiliuʒ cineres suscitauit. Bis tunc acie certatū est. Plurimi romāorum iam ipsa paucitate miseroꝝ:& adhuc illo furore insaniētiū cæsi sunt. Albanoꝝ ciuitas obsidione oppugnata atq; excruciata fame:ultima miserabiliū reliqarū deditiōe seruata ē. Ibi tunc Scipio Lepidi filius captus atq; occisus ē. Brutus in Cisalpinā Galliā fugiens:psequēte Pōpeio apud Regium interfect⁹ ē. Ita hoc bellū ciuile nō magis clæmentia Catuli:q̄ tedio Syllanæ crudelitatis:ut ignis in stipula eadem cæleritate qua exarsit:euanuit. Anno ab urbe condita.dc.lxxiii. sonantibus undiq; bellorum fragoribus:quorum unum in Hispania erat:aliud in Pamphilia:in Macedonia tertium:quartum in Delmatia: exanguis adhuc atque exhausta intestina pernicie:tanq̄ febribus Romana respublica:propulsare armis occidentis: septentrionisque fortissimas gentes cogebatur. Sertorius siquidem uir dolo atque audacia potens:cum partium Marianarum fuisset:Syllam fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispaniam bellacissimas ferocissimasque gentes in arma ex armis excitauit. Aduersus hunc:ut breuiter definiam:duo duces missi Metellus & Domitius:quorum Domiti⁹ ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppressus est. Manilius proconsul e Gallia in Hispaniam cum tribus legionibus &.M.d. equitibus transgressus:iniquam cum Hirtuleio pugnam conseruit:a quo castris copiisque nudatus:in oppidum Hilerdam pene solus cōfugit. Metellus autem multis prœliis fatigatus:per deuia oberrans hostem mora fatigabat:donec Pompeii castris consociaretur. Pōpeius uero contracto

apud Polentiam exercitu Lauronem ciuitatem : quam tūc Sertorius oppugnabat: fru-
stra conatus defendere : uictus aufugit. Sertorius superato fugatoque Pompeio Lau-
ronem captam cruentissime depopulatus est : reliquum agmen Lauronensium: quod
cædibus superfuerat : miserabiliter in Lusitaniam incaptiuitatē traduxit. Pompeium
autem hoc est illum Romanorum ducem a se uictum fuisse gloriatus est : quem ma-
gna præditum fiducia ad hoc bellum non pro consule : sed pro consulibus Roma mi-
sisset. Fuisse tunc Pompeio. xxx. milia peditum & mille equites Galba scribit. Sertori-
um autem. lx. milia peditum : octo milia equitum habuisse commemorat. Postea ue-
ro Hirtuleius cum Metello congressus apud Attalicam Bethycæ urbem. xx. M. mi-
litum perdidit : uictusque in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius Belgidam no-
bilem Celtiberiæ urbem cæpit. Sertorius cum Pompeio deinde congressus. x. M. mi-
litum eius interfecit. Ex alio cornu uincente Pompeio tantundem pene ipse perdidit.
Multa inter eos præterea prœlia gesta sunt. Memmius quæstor Pompeii idemque uir
sororis eius occisus est. Hirtuleii fratres interfecti. Perpenna: qui se Sertorio iunxerat
comminutus est. Postremo ipse Sertorius. x. demum anno belli inchoati: iisdem : qui-
bus & Viriatus suorum dolis interfectus finem bello fecit : Romanisque uictoriam si-
ne gloria dedit : q̄uis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit : qui a Pompeio
uictus cum uniuerso exercitu suo interfectus est. Ciuitatibus uero cunctis ultro ac si-
ne mora per deditionem recæptis: duæ tantum restiterunt: hoc est Vximia & Caligurꝝ
quarꝝ Vximiam Pompeius euertit: Caligurum Afranius iugi obsidione cōfectā: atqꝫ
ad infames escas miserāda iopia coactā ultimo cæde īcendioqꝫ deleuit. Percussores Ser-
torii præmium ne petēdū quidē a Romanis esse duxerūt: quippe qui meminissent an-
tea Viriati percussoribus denegatum. Et q̄uis nullo tunc præmio patrauerint Roma-
nā securitatē: tamē fide fortis ac uiribus semper Hispania: cū optimos īuictissimosqꝫ re-
ges reipublicæ dederit: nullū unq̄ tyrānorꝝ ab initio usqꝫ ī hodiernū diē uel de se æditū
misit: uel in se extrinsecus incurrentem uiuum: potentemue dimisit.

De bello Macedonico. Capi. XXII.

INterea Macedonicū bellū Claudius sortitus uarias gentes quæ Rhodopeiis
mōtib9 circūfusæ sūt: ac tūc Macedōiā crudelissīe populabāt: bello petiit nam
īter cætera dictu audituqꝫ horrida: q̄ in captiuos agebāt: raptis: cū poculo op9
esset: Romanorū capitū ossibus: cruētis capillatisqꝫ adhuc: ac p̄ iteriores cauernas male
effosso cerebro oblitis: auide ac sine horrore: tanq̄ ueris poculis utebanť: quorꝝ cruētis-
sima atqꝫ īmanissima corda sciuerāt. Has itaqꝫ ut dixi: Claudius Macedoniæ pellere fini-
bus bello attentauit : magnisque se malorum molibus obiecit : unde cum hæc animo
gereret curis circumseptus morbo īsuper correptus interiit. Huius successor Scribo-
nius attemptatarum superiore bello gentium uim declinans: in Dardaniam arma con-
uertit: eamque superauit.

De suscæpto bello orientis. Capi. XXIII.

PVblius uero Seruilius ex consule Ciliciā & Pamphiliā crudelissime adortus
dū subdere studet: pene deleuit. Lyciā & urbes eius obsessas : oppressasqꝫ cæ-
pit. Præterea Olympū mōtē puagatus Phasidē euertit: Corycū diruit: Tauri
quoqꝫ mōtis latera in Ciliciā uergētia: perscrutatos Isauros bello confractos in deditio-
nem redegit: primusque Romanorum: per Taurum duxit exercitum: ac limitem itine-
ris fecit. Triennio emenso: quo bellum gestum est: Isaurici nomen assumpsit. Cosconi-
us proconsul sortitus Illyricum: protrita subactaqꝫ Delmatia: Salonas urbem florentis-
simam post biennium: tandem expugnauit & cæpit.

Gladiatores Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugisse. Capi. XXIIII.

ANno ab urbe condita. dc. lxxix. Lucullo & Cassio cõsulibus gladiatores. lxiiii. Capuæ a ludo Gnei Lẽtuli diffugerũt: q continuo ducibus Crisso & Inomao Gallis: & Sparthaco Thrace: Vesuuiũ mõtẽ occuparũt: unde erũpentes Clodii prætoris: q eos obsidione cixerat: castra: expugnarũt: ipsoq̃ i fugã acto cũcta in prædã uerterũt. Inde p Cõscẽtiã & Metapõtũ circũducti igẽtia breui agmina collegerunt nam Crisso. x. M. multitudo: Sparthaco autẽ triplex tũc numerus fuisse fert. Inoma9 enim iã superiore bello fuerat occisus. Itaq; cũ cædibus icẽdiis rapinis stuprisq; oĩa miscerẽt: i exeqis matronæ captiuæ: quæ se dolore uiolati pudoris necauerat: munus gladiatoriũ ex. cccc. captiuis scilicet: qui spectãdi fuerant: spectaturi: utpote lanistæ gladiatoꝝ potius q̃ militũ prĩcipes ædiderũt. Deĩde cõsules Gelius & Lẽtulus aduers9 eos cũ exercitu missi: quoꝝ Geli9 Crissũ acerrime pugnãtẽ prœlio oppressit: Lẽtulus a Sparthaco superatus aufugit. Post etiam collatis frustra ambo cõsules copiis: accæpta graui clade fugerunt. Dehinc Gaium Cassium procõsulem idem Sparthacus oppressum bello interfecit. Itaq; exterrita ciuitate non minore propemodum metu: q̃ sub Hannibale circa portas frem ente trepidauerat: senatus Crassum cum legionibus consulum nouoq; supplemento militum misit. Is mox: ut fugitiuorum pugnã iniit. sex. M. coruz interfecit: dcccc. uero cæpit. Inde prius q̃ ipsum Sparthacuz ad Caput Silari fluminis castra metantem bello aggrederetur: Gallos auxiliatores eius Germanosque superauit: e qbus. xxx. milia hominũ cuz ipsis ducibus occidit. Nouissime uero ipsum Sparthacũ disposita acie cõgressum: & maximas cuz eo fugitiuoꝝ cõpias perculit: nam. lx. M. coꝝ cæsa: sex milia capta referuntur. iii. M. ciuiũ Romanoꝝ recæpta sunt. Cæteri q ex hoc bello lapsi oberrabant per complures duces frequẽti idagine attriti sunt. At ego iteruz ac sæpius repeto: nunquid nã & hic cõparatione aliqua egẽt tẽpora? Quis rogo audire nõ horreat? nõ dicã bella talia: sed uel nomina tanta belloꝝ externa: ciuilia: socialia: ciuilia fugitiuoꝝ: quæ nec sic saltẽ sese ut cõmoti maris fluctus: quis molibus magnis sequũtur: sed undiq; diuersis causis uocabulis: formis malisque excitata: coacervataq; cõcurrũt. Vt e ꝓximo repetã: & ĩfame illud seruile præterea Iugurthinuz bellum nõdũ adhuc ab Aphrico detonuerat: & iã Cimbricũ a Circio fluminabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi uastiq; torrentes effusi sanguinis agebant: & iam socialis belli nebulas ĩ magna cõtinuo maloruz nubila coituras misera exhalabat Italia. Adhuc uero post infinitã crebrãq; Italici belli tempestatez: discurri tuto per Italiã minime poterat. Ita omnes absq; illis periculosissimis inimicaꝝ urbium uoraginibus dissoluta ac lubrica pace titubabãt. Iam sibi Marianũ atq; Syllanum Roma parturiebat excidiuz: & aliud e diuerso oriens atq; aquilo: hoc est Mithridaticum minabatur: quod quidem Mithridaticum a superioribus cœptum: porro in ulteriora porrigitur. De Mariana face rogus Syllanæ cladis accensus est. De isto rogo funestissimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentes sudes sparsi sunt: multaq; incendia ex uno fomite diffuderunt: nam Lepidus & Scipio in Italia: Brutus in Gallia: Domitius Cinnæ gener ĩ Aphrica: Carbo in Cossura & Sicilia: Perpenna in Liguria: & post eum Sertorio in Hispania: Omniumque atrocissimus Sertorius in eadem Hispania hæc tunc ciuilia: uel quo alio dicenda sunt nomine bella excitantes: de uno multa: de minimo magna fecerunt absq; illis tribus uastissimis bellis: quæ tunc externa uocabãtur hoc est Pamphilico: Macedonico atq; Delmatico: dissimulato etiaz magno illo Mithridatico longe oĩum diuturnissimo: ĩfestissimo: ac formidolosissimo: deĩde adhuc Hispaniẽsi sertoriano nõdũ finito: ĩmo adhuc ipso uiuẽte Sertorio hoc fugitiuoꝝ: & ut ueri-

us dicã gladiatorũ bellũ ĩhorruit:iã nõ spectãdũ paucis:sed ubiq; metuẽdum. Quod qa fugitiuorum bellum dicitur: nemini uile habeatur ex nomine. Sæpe in eo singuli & aliquando simul cum agminibus frustra iunctis ambo consules uicti sunt:plurimique nobiles trucidati:ipsi autem fugitiui plusq̃.c.M.fuere: quæ cæsa sunt. Ex quo admonemus:ut ipsa consoletur se Italia de uexatione externorum præsentium per recordationem præteritorum. Exeatque in seipsam:nec putet se incomparabiliter crudelius dilacerari. Quamobrem huic quinto uolumini iam finem fecerim:ut bella ciuilia externis ubiq; permixta uel quæ dicta sunt:uel etiam quæ sequuntur:quia sic sibi serie temporuz & malis sequacibus cohæserunt:libri saltem termino separentur.

Pauli Orosii uiri doctissimi in sextum historiarum librumprologus.

OMNES homines cuiuslibet uel sectæ:uel patriæ:uel uitæ:ita semper ad prospectum prudentiæ naturali bono eriguntur: ut oblectamento corporis: rationale mentis:&si non actu præferant: iudicio tamen præferendum sciant: Quæ mens ratione duce illustrata in medio uirtutum: quibus genuino fauore:quamuis uitiis inclinetur:assurgit:scientiã dei quasi arcem prospicit. Deum enim quilibet hominum ad tẽpus contemnere potest:nescire ĩ totũ nõ potest. Vnde qdã dũ ĩ multis diis credũt:multos indiscreto timore finxerũt. Sed hinc iã uel maxime cũ auctoritate ueritatis operãte:tunc etiã ipsa ratione discutiente discessum est. Quippe & philosophi eorũ:ut de nostris sanctis sileã:dũ itẽto mẽtis studio quærũt:scrutãturq; oĩa:unũ deũ auctorẽ oĩuz repperierũt:ad quẽ unũ oĩa referũtur: unde etiã nũc pagani: quos iam declarata ueritas de cõtumacia magis q̃ de ignorantia cõuincit:cũ a nobis discutiunt̃:non se plures deos sequi:sed sub uno deo magno:plures ministros uenerari fatent̃. Restat igit̃ de intelligentia ueri dei p multas intelligendi suspitiones confusa dissensio:quia de uno deo omnium pene una opinio ẽ. Hucusq; humana scrutatio tametsi cum labore patuit:at ubi ratiocinatio deficit: fides subuenit. Nisi enim crediderimus:non ĩtelligemus. Ab ipso audias:ipsique deo credas: quod uerum uelis scire de deo.

Hic dicit̃:qũo Deus ex nihilo fecit impium Romanũ idest ex pastorib9. Cap.I.

ITaq; idẽ unus & uerus deus:in quẽ oĩs:ut diximus: &si ex diuersis opinionibus secta cõcurrit:mutãs regna & disponẽs tempora:peccata quoq; puniens: quæ infirma sunt mũdi elegit:ut cõfundat fortia: Romanũq; ĩperiũ assũpto pastore pauperrimi status fundauit. Hoc p reges & cõsules diu prouectum postq̃ Asiæ Aphricæ atq; Europæ potitũ est:ad unũ ĩperatorẽ eũdẽq; fortissimũ cũcta sua ordinatione cõgessit. Sub hoc ĩperatore:quẽ oẽs fere gentes amore & timore permixto: iuste honorarẽt:deus uerus:q superstitione sollicita ab ignorãtibus colebat̃: magnuz illum ĩtelligẽtiæ suæ fontez aperuit:pmptiusq; per hominẽ docturus homines:filiũ suũ misit operantẽ uirtutes:quæ præcellerent hominẽ: coarguẽtẽq; dæmonas:quos aliqui deos putauissent:ut quia ipsi tanq̃ homini nõ credidissent:operibus tanq̃ dei crederent:deide ut in magno silẽtio ac pace latissima ĩoffense & celeriter noui nominis gloria: & annũciatæ salutis uelox fama percurreret: uel etiã ut discipuli eius per diuersas gentes euntibus:ultroq; per cũctos salutis dona offerentibus obeũdi ac disserẽdi:qppe cũ Romanis ciuibus:ĩter ciues Romanos esset tuta libertas. Quod ideo cõmemorãdũ putaui: qa hic sextus libellus usq; ad Cæsarẽ Augustũ:de quo hæc dicũtur:extẽdit̃. Quod si aliqui hanc lucidissimam rationem irritam putant:suisque diis potius assignant: quos primum prudentia elegerint: dein præcipuo cultu inuitarint: ut si per eos amplissimum hocpulcherrimumque imperium concederetur. Sic enim iactitant: quod ipsi

optimo genere sacrorum meruerint præcipuum deorum fauorem: quibus ademptis uel prætermissis discesserint omnes aditis arisque relictis dii: quibus imperium hoc steterat. Vnde quis reuerentia sanctitatis tuæ multa fortissime ucrissimeque disseruerit: tamen & mihi locus exigit: ut pauca subiiciam. Si Romani colendo deos emeruerunt fauorem deorum: & non colendo amiserunt: ut ipse Romulus parens Romæ inter tot mala ab ipso ortu suo ingruentia saluus esset: colendo quis meruit? An Amulius auus qui eum exposuit ad necem? An pater: qui incertus fuit? An Rhea mater stupri rea? An Albani parentes: ipsa quoque ab initio Romani nominis germina persequentes? An tota Italia: quæ per.cccc.annos dum audere potuit: excidio eius inhiauit? Non inquiunt: sed dii ipsi: quia se colendos sciebant: futuros custodiere cultores. Ergo præscii sunt. Si ergo præscii sunt: cur hoc ĩperium ĩter tot annorum sæcula eo potissimũ tẽpore ad summã potẽtiæ arcẽ pduxerũt: quo ille nasci ĩter hoĩes atq; agnosci ut homo uoluit: post cuius nomen & ipsi pro nihilo cõtẽpti sunt: & cũ uniuerso mũdo etiã illi quos ipsi ꝓuexerant cucurrerũt? Sed humiliter obrepsit ĩquiũt & latẽter ĩtrauit. Latẽtis & humilis unde tã celebris fama? Tã ĩdubitata fides? Tã manifesta potẽtia? Signis qbusdã & uirtutibus mentes hoĩum supstitõe sollicitas cæpit & tenuit: Adhæc si potuit homo: dii magis posse debuerũt. An qa ille hãc potẽtiã a patre sibi traditã prædicabat: puẽtũ est aliquando ad ĩtelligẽtiã illius noti & ignoti dei: quam apprehendere: ut dixi: nemo nisi p ipsum potest: Nec qsq̃ potest: nisi qui toto se despecto: ac pspecto conuersus ad sapiẽtiã dei oẽm quærẽdi ratiocinationem trãstulerit ad credendi fidẽ. Verũtamẽ breuiter discutio. Dii isti: quos tãtos ferũt ut Romanã rẽpublicã & ꝓpicii ꝓuexisse: & aduersi afflixisse uideant: eo certo tẽpore: quod palam constat: quo nasci christus uoluit: & annũciari gẽtibus cœpit: deuotissime atq; ĩtẽtissime colebãtur. Ita illi cõsulẽtes & sibi & cultoribus suis: nõ potuerunt repellere: uel reprimere superstitionẽ eius: ꝓpter qua3 spernendos se cultoresq; suos destituẽdos uiderẽt: q̃q̃ si ab ĩuitis dãda uenia: nec desperãdi fuerunt: si a uoluntariis seruãda præsciẽtia: nec prius fuerant adiuuãdi. Hoc factum est inquiunt: nam excitauimus gẽtes: accẽdim9 reges: ĩstituim9 leges: disposuimus iudices: præparauimus pœnas suppliciis & crucibus: orbe3 totum scrutati sumus: siquo modo tãdẽ christianũ nomẽ & cultus de uniuerso mũdo posset abradi. Hoc eatenus est factũ: donec fœcũda crudelitas eousq; ĩter tormenta ac per tormẽta ꝓficeret: q̃diu ipsum regiu3 culmẽ per quod solu3 ꝓhiberi potuerat: occuparet. Et qd postea cõsecutũ est? Imperatores ĩquiunt christiani cessare sacra: & claudi templa iusserunt: atq; ideo excessere oẽs aditis: arisq; relictis dii: qbus ĩperium hoc steterat. O quanta & q̃ ĩoffensa lux ueritatis ẽ: si nõ aduersus eã ultro sese offerẽtẽ ĩbecilli ĩfeliciter oculi clauderentur. Si christiana fides per multa retro tempora sæuientibus undiq; aduersum se gentibus: regibus: legibus: cædibus: cruciatibus: ac mortibus reprimi nullo modo potuit: immo ut dixi: inter hæc & per hæc creuit: cultus autem idolorum iam quodammodo ex se deficiens ac sibi erubescens ad unam clæmentissimam iussionem sine ullo pœnali terrore cessauit: cui dubium est: hoc per istius intelligentiæ demonstrationem de creatore suo tandem innotuisse creaturæ: quem illa eatenus per uarias ratiocinatiões mẽtis intentæ qbuslibet aliis offuscata quæsierit: ac per hoc stati3 amori eius: quem etiam ignorãs dilexerat: inhæsisse. Nec igitur mirum est: si ĩ magna familia inueniunt aliqui serui: q cõsuetudine: lasciuiaq; seductoꝝ assuefacti: patiẽtia domini sui ad contemptum ipsius abutantur: unde & merito Deus uel ingratos: uel incredulos: uel etiam contumaces uariis correptionibus arguit. Quod semper utique fatendum est: tunc tamen præcipue quando adhuc per uniuersum mundum nulla erat

ecclesia : quæ interuentu fideliũ precum meritas mundi pœnas : iustumque iudici-
um dei exorata ipsius clæmentia temperaret : unde etiam hæc:quæ mala hominibus ui
dentur: qualiacunque sint grauiora : sine dubio omnia fuerunt:sicut ipso ordine:quo
cœpta sunt probabuntur. Bellum Mithridaticum : uel ut uerius dicam:belli Mithrida
tici clades multas secum inuoluens prouincias :tracta & protenta per .xl. annos fu-
it: nam.dc.lxi.ut dixi anno ab urbe condita : quo etiam primum ciuile bellum cœperat
inardescere : consulatu uero Ciceronis & Antonii:ut uerbis poetæ optimi loquar:bar-
barico uix cõsũmata ueneno est. Sed ĩ his tẽporibus.xxx.gerendi belli ĩueniuntur an-
ni. Q ualiter autem.xl.a plærisq; dicti sunt:non facile discernitur.

Hic dicit de Mithridate rege Ponti atque Armeniæ. Capi.II.

EGit Mithridates rex Põti atq; Armeniæ postq̃ Nicomedem Bithyniæ regem
amicum populi Romani regno ꝑuar̃ molitus est : atq; a senatu monitus:si fa-
cere tentaret bellũ sibi a populo Romano ferẽdũ fore:iratus Cappadociam cõ
tinuo ꝑuasit:atq; expulso ab ea Ariobarzane rege cũctã ꝓuinciam igni ferroq; uastauit
Bithiniam deinde pari clade corripuit : Paphlagoniam simili exitu afflixit : pulsis ex ea
Philomene & & Nicomede regibus. Post cum uenisset Ephesuȝ: crudeli ꝑcepit edicto
ut per totam Asiã qcũq; ĩuẽti essent ciues Romani sub una die oẽs necarent:& factũ ẽ
Nec explicari aut cõprehendi ullo modo uerbis potest:quæ tũc multitudo Romanoꝝ
ciuium cæsa sit:qs mœror plurimaꝝ ꝓuíciaꝝ:qs gemitus occidendoꝝ pariter atq; oc-
cidẽtium fuerit:cum singuli quiq; aut ꝓdere ĩnocẽtes hospites:& amicos : aut ipsi peri-
clitari pœna hospitum cogerentur. Atchelaus quoque dux Mithridatis cum.cxx.M.
peditum atque eqtum in Achaiam præmissus:Athenas cunctãque Græciã partim ui:
partim deditione obtinuit. Sylla cui post cõsulatum Mithridaticũ bellũ obuenerat: Ar
chelaum apud Pyræũ Atheniensiũ portũ septẽplici muro cõmunitũ diu obsedit:ipsam
Atheniẽsiũ urbem ui cæpit:ac postea iusto prœlio cũ Archelao cõflixit. Cẽtuȝ &.x.mi
lia de exercitu Archelai ĩterfecta:uíx.x.milia superfuisse referũtur. Comperta clade Mi
thridatis lectissima.lxx.M.militũ Archelao ĩ subsidiũ misit ex Asia. Secũdo prœlio ex
his.l.M.ĩterfecta sunt:ibiq; Diogenes Archelai filius trucidatus ẽ. Tertio bello omnes
copiæ quas Archelaus habebat extĩctæ sunt:nam.xx.M.militũ eius ĩ paludẽ pulsa cuȝ
Syllæ fidẽ ĩplorarẽt:ĩsatiabili uictoris ira interfecta sunt:totidẽq; alia in flumẽ coacta ac
necata:reliqui miseroꝝ passim trucidati sũt. Porro aũt Mithridates ĩ Asia nobilissima-
rum urbium principes occidere:bonaque eorum publicare animo intenderat. Cum-
q; iam.M.dc.ita interfecisset Ephesii exemplum uerentes excluso præsidio ei portas
obiecerunt. Similiter Smyrnæi:Sardi : Colophonii : Trallianiq; fecerunt. Perturba-
tus Mithridates per Archelaum ducem suum cum Sylla de pace pepigit. Interea Fim
bria Marianorum scelerum satelles homo omnium audacissimus:Flaccuȝ cõsulẽ : cui
legatus ierat apud Nicomediã occidit : ac mox arrepto exercitu:Mithridatis filium ex
Asia ad Miletopolim fugans:stationem regis inuadit : ipsumque Pergamo pellit : fu-
gientemque insecutus apud Pitanam obsedit:& profecto cæpisset : si Lucius Lucullus
ciuilibus discordiis curam reipublicæ prætulisset. Cumque eum mari coartare obiecta
classe uoluisset:ab Illiensibus repulsus est. Inde Fimbria Illiensibus iratus:a quibus pro
Syllanæ partis studio obiectu portarum repulsus uidebatur:ipsam urbem Ilium an
tiquam illam Romæ parentem funditus cæde incendioque deleuit. Sed eam Syl-
la continuo reformauit. Idem Fimbria apud Thiatyram cum ab exercitu Syllæ obsi
deretur : desperatione adactus : in templo Aesculapii manu sua interfectus est. Fan
nius & Magnus de exercitu Fimbiæ profugi. Mithridati sese adiunxerunt : quorum

hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniam missos: fœdus pepigit Sertorius uero ad eum Marcum Marium firmandi fœderis causa misit. Quem rex apud se retentũ breui ducem fecit in locum Archelai: qui se ad Syllam cum uxore liberisq; cõtulerat: Mari9 & Eumachus duces a Mithridate aduers9 Lucullũ missi: magno exercitu breui congregato: cũ Publio Rutilio apud Calcedoniã congressi sunt: eũq; cũ pluria exercitus ipsius parte ceciderũt. Lucullus Mithridatẽ Cyzicenos obsidẽtẽ fossa cinxit: eumq; quod faciebat pati cõpulit: atq; ad ipsos Cyzicenos: ut bono animo essẽt nuncium misit unum ex militibus nandi peritũ: q duobus utribus suspẽsus medi9 ipe regulã tenẽs: plantisq; subremigãs septẽ millia passuũ trãsmeauit. Mithridates inopia laborans partẽ copia℞ instructã armis domũ abir̃ præcepit: quã Lucullus excipiẽs uniuersam disperdit: nã amplius quindecĩ millia hoĩum tũc interfecisse narratur. Tũc etiã Fannius q se Mithridati iunxerat & Metophanes regius prætor a Mamercho uicti cũ duobus. M. eqtũ ĩ Mesiam profugerũt: atq; inde ĩ Hiconiã digressi: ĩ colles cãposq; & ĩ eremos inciderũt: ubi nõ solũ mõtes usti: uel saxa quasi quadã fuligine offuscata cernũtur: uerũ etiã campi ambusto solo squalidi per quinquagita passuum sine ullo ignis uel fornacis indicio & pẽdulo in profũdũ cinere putres iacẽt. Tribus etiã locis torridæ uoragines ostendũtur: quas græci phisas uocãt: in quibus dum oberrantes inopinatis tandem periculis redempti sunt: & clam ĩ regis castra uenerũt. Deiotarus rex Gallogræciæ præfectos regis bello trucidauit. Interea Mithridates apđ Cyzicũ eadẽ mora: qua obsidebat: obsessus in magnã penuriã pestilẽtiãq; exercitũ suũ coartauit: nã plus q̃ tercenta millia hominũ fame & morbo in eadem obsidione amisisse fertur: ipse cũ paucis arrepta naui clã fugit e castris. Lucullus ĩcruẽto milite spectator cladis alienæ nouũ genus uictoriæ adeptus est: moxq; Marium adortus uicit atq; fugauit. In quo prœlio plus q̃ undecĩ millia Mariano℞ militũ interfecta referuntur. Lucullus postea cũ eodẽ mario nauali prœlio congressus. xxx. & quinq; naues regias: & cõplures onerarias aut demersit aut cæpit. Multi ibi ex his quos Sylla proscripserat: interempti sunt. marius postera die de spelũca ubi latebat extract9: ĩmeritas hostilis animi pœnas luit. Eodem uero Lucullus ĩpetu Apameã uastauit: & sub mõte Olympo prius Athan munitissimã ciuitatẽ captã expugnatãq; diripuit. mithridates aduersus Byzantiũ instructa classe nauigans tẽpestate correptus. lxxx. rostratas naues pdidit. Ipse cũ quassata iã naui mergeretur ĩ myoparonẽ Seleuci piratæ: ipo pirata iuuãte trãsiluit. Inde Sinopen: ac postea misõ cũ magna difficultate puenit. Hic dicit de Catilia ubi de icesto accusat9. Cap. III.

Eodẽ ãno apud Romã Catilina incesti accusatus: q cũ Fabia uirgĩe uestali stuprum cõmisisse arguebatur: Catuli gratia fultus euasit. Lucullus Sinopen expugnatur9 obsederat. Hãc Seleucus archipirata & Leocares spado: q præsidii causa præerat: expoliatã atq; incẽsam reliquerũt. Lucullus misero℞ hostiũ intestina clade permotus celeri occursu im missũ restinxit ĩcendiũ. Ita misera ciuitas uersa uice hostium sociorũq;: unde defendenda disperdita: & unde disperdẽda seruata est. At uero marcus Lucullus q Curioni ĩ macedonia successerat: totã Bessarum gẽtẽ bello petitam in deditionem recæpit. Eodem tempore metellus ptor Siciliæ: cũ fœdissima illa Gaii Verris prætura Siciliã afflictam ĩuenisset: maxime Pergamenone archipirata nefariis prædis & cædib9 dilacerãte: qui pulsa classe Romana: Syracusanũ portũ obtinuerat: mox eum nauali terrestriq; prœlio cõminutũ Sicilia deceder̃ cõpulit. Pterea Lucullus trãsgress9 Euphratẽ & Tigrĩ apud Tigranocertam urbẽ cũ mithridate & Tigrane cõgressus: paruissima suorum manu magnum hostium numerũ occidit: nã. xxx. millia hominum ĩ eo bello cæsa referũtur. Tigranes uix. cl. equitibus comitatus aufugit: diadema-

te & tiara ne ignosceret abiectis. Tūc ad Lucullū toti9 pene oriētis supplices ueneř legati. Imminēte hyeme p Armeniā ĩ Mesopotamiā regress9: Nisibin urbeȝ illis ĩ locis tūc īclytā expugnauit: & cæpit.

Hic dicit ubi p oīa maria piratæ se diffuderūt. Cap. IIII.

DIsdē dieb9 piratæ p oīa spsi maria: ēt non tm̄ intercipiētes nauiuȝ cōmeatus: sȝ ēt insulas ꝓuinciasq̧ uastātes īpunitate sceleris: & auiditate ꝑdæ uulgo sese associantes in īmensum augebant: quos Gneus Pōpeius post multā qdē uastationē: quā terra mariq̧ diu egerant mira tandē celeritate compssit. Eodē tpe Cretā īsulam p bienniū Metell9 euertit: diuturnoq̧ bello domitā in ptātē redegit: legesq̧ Minois romāis legibus pmutauit. Pōpei9 postea successor Luculli ī mīori Armēia iuxta mōtē Dastracū castra regis obsidiōe conclusit. Rex cū oībus copiis: eruptiōe p noctē facta insup etiā psequētes bello repellere statuit. Pōpei9 fugiētes pseq intēdit. Itaq̧ belluȝ nocte cōmissum ē. Luna tūc orta a tergo romāis erat. Regii longitudīe umbraꝝ proximitatē hostiū rati: cūcta in irritū tela fuderūt. Romāi ueluti inermes postea aggressi sine labore uicerūt: nāq̧ de exercitu regio. xl. M. cæsa uel capta sunt. Romāi uulnerati. M. uix aūt. xl. interfecti. Rex inter tumult9 belli fuga lapsus adiutus ēt bn̄ficio sublustris noctis euasit: relictusq̧ ab oībus aīcis philosophis: scriptoribus reꝝ uel carminū: ac medicis: solus p deuia equū māu trahēs: atq̧ ad oēs nocturnos strepit9 trepidās ī quoddā castellū diuertit: atq̧ īde in armeniaȝ prexit. Pōpeius regē insecuturus iter duo flumīa quæ ab uno mōte diuersis specubus exoriunť: hoc ē Euphratē & Araxē urbē Nicopolim senibus lixis & ægris uolētibus condidit. Orāti Tigrani ueniā dedit. Exercitū Herodis Albanoꝝ regis: pfectosq̧ eius ter ꝑlio uicit: postea epistolas Herodis & munera cū albāis instaurāda libenter accæpit. Artacē regē Hiberiæ bello fudit: totāq̧ Hiberiaȝ in deditionē accæpit. Inde cū Armeniā: Colchos: Cappadociā & Syriaȝ ordīatis rebus cōposuisset: ꝓmouens de Ponto in Parthiā ad Hecbatanā urbē caput parthici regni. l. die uenit. In Bosphoro Mithridate cerealia sacra celebrante: terræmot9 adeo grauis repente exortus est: ut magna clades ex eo urbiū atq̧ agroꝝ secuta narreť. Eodē tpe Castor Mithridatis pfect9: q panagorio ꝑerat: interfectis aīcis regis arceȝ occupauit: & qttuor Mithridatis filios ad ꝑsidia romana trāsmisit. Mithridates accēsus ira ī scelera exarsit: nā cōplures tūc aīcos suos: & Exipodrū filiū suū interfecit: cū ātea iā aliū Homocharē parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius exemplo fratrū territus: exercitum ad psequendū se missum sibi cōciliauit: & mox aduersus patrem duxit.

Hic dicit de fine uel exitu Mithridatis. Cap. V.

MIthridates diu ex altissimo muro filium ꝑcatus: ubi īexorabilē uidit: moritur9 exclamasse ferť. Quoniam Pharnaces: inqt me mori iubet. Vos si estis dii patrii ꝑcor ut qñq̧ & ipe hāc uocē a liberis suis audiat. Statimq̧ descēdēs ad uxores pellices: ac filias suas: uenenū oīb9 dedit. Quod cū ipe nouissim9 hausissȝ: nec tn̄ ꝓpter remedia: qbus uitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat: ueneno cōfici posset: frustraq̧ spatiareť: si quo tādē mō infusa pestis p uenas uegetatōe corpis acti discurreret: Gallū quendā militē iā fracto muro discurrentē inuitauit: eiq̧ iugulum ꝑbuit Hunc exitum mithridates habuit uitæ: nobisq̧ sententiæ suæ fortissimū argumentuȝ reliquit: homo oīum: ut fertur superstitiosissimus: ānos natus. lxxv. habens secū semp philosophos: oīumq̧ artium peritissimos. Si estis: inquit dii patrii. Ita ille diu colendo: ac diu quærendo persenserat: hos non eē certos deos: qui esse putabantur. Rex multæ experientiæ atq̧ æuo grauis ueꝝ deū: ad cuius notitiā nō nisi auditu per fidem uenitur non intelligebat: hos autem falsos esse rationis ipsius luce præuiderat: aliud cōsuetudini: aliud menti suæ tribuens. Si estis: inquit dii: hoc dicere est: ego sentiens sup hoīeȝ eē

SEd Cæsar animo ingens. xx. M. militu3 exauctorauit. xxx. M. seruoru3 domi nis restituit. vi. M. quorum domini non extabant:in crucem egit. Ouans ur bem ingressus:ut in perpetuum tribunitiæ potestatis eēt:a senatu decretum est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit:ac ꝑ totu3 diem largissimo riuo fluxit. Antonius uero postq̄ Araxem trāsmisit:omnibus undiq; malis circūuentus:tandem Antiochiam cum paucis rediit:nam cum multitudine eq- tū & sagittarioꝝ ab oībus ꝑliis:quæ plura tētauit uictus effugeret:tum præterea incer- tis & ignotis locis īpeditus grauissima fame ad nefandos cibos coactus ē:plurimiq; mi- litū sese hostib9 dediderunt. Inde in Græciā transiit:iussitq; Pōpeium q uictus a Cæsare exercitum bellūq; reparabat cum paucis ad se uenire. Pompeius fugiens a Tito & For mo Antonianis ducibus sæpe terrestri naualiq; bello uictus & captus:ac post paululu3 interfectus ē. Cæsar Illyricum & Pānoniam:partemq; Italiæ bellis subegit & domuit. Antonius Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cæpit:Q uē argētea cathe- na uinctū ad cōfessionem tesauroꝝ regiorum coegit. Expugnatoq; oppido in quo cōdi tos eē prodiderat:magnā uim auri argentiq; abstulit. Q ua elatus pecunia:denunciari bellū cæsari atq; Octauiæ sorori cæsaris & uxori repudiū indici iussit:& cleopatram sibi ex alexandria occurrere imperauit. Ipse Actium:ubi classem constituerat profectus:cū prope tertiam ptē remigū fame absumptā offendisset:nihil motus:remiinqt mō salui sint:nā remiges nō deerunt:quoad græcia hoīes habuerit. Cæsar. ccxxx. rostratis naui- bus a Brūdusio in Epiꝝ profectus ē. Agrippa uero ꝑmissus a cæsare multas onerarias naues frumēto atq; armis graues ab Aegypto Syria Asiaq; ad subsidiu3 antonio ueni- entes cæpit. Peragratoq; pelopōnensium sinu Methonā urbem ualidissimo antoniano præsidio munitam expugnauit. Inde Corcyram cæpit:fugientes nauali prœlio persecu tus profligauit:multisq; rebus cruentissime gestis ad cæsarem uenit. Antonius defectu & fame militum suorum commotus bellum instituit maturare:ac repēte instructis co- piis ad cæsaris castra processit:& uictus est. Tertio post fugam die:castra Antonius ad Actium transtulit nauali prœlio dimicare paratus. ccxxx. rostratæ fuere cæsaris naues: &. xxx. sine rostris:triremes uelocitate liburnicis pares:& octo legiones classi superposi tæ absq; cohortib9. v. prætoriis. Classis Antonii. clxx. nauium fuit:quantū numero ce- dens:tantū magnitudine præcellens:nam. x. pedū altitudine a mari aberat. Famosum & magnū hoc bellum apud Actiū fuit. Ab hora quinta usq; in horam septimā:incerta uincendi spe grauissime utrinq; cædes actæ:reliquū diei cū subsequēte nocte in uictoriā Cæsaris declinauit. Prior regina Cleopatra cum. lx. uelocissimis nauibus fugit. Antoni us quoq; detracto insigni prætoriæ nauis fugientē secutus uxorem ē. Illucescente iā die uictoriā cæsar cōsumauit. xii. M. ex uictis cecidisse referuntur. vii. M. uulnerata sunt:e quibus. M. intercurādum defecerunt. Antonius & cleopatra cōes liberos cu3 ꝑte regiæ gazæ ad rubrum mare ꝑmittendos cēsuerunt:ipsi ꝑsidiis circa duo Aegypti Pelusium Parethoniūq; dispositis classem & copias instaurando bello parauerunt. Cæsar sextum imperator appellatus:& quartū ipse cum Marco Lycinio Crasso cōsul Brūdusiū uenit ibiq; orbis terraꝝ præsidia diuisis legiōibus cōposuit. Inde in Syriā:mox Pelusiū adiit: ubi ab Antonianis ꝑsidiis ultro susceptus ē. Interea Cornelius gallus præmissus a cæsa

re.iiii.legiões:quas Antõius apud cyrenas p̄sidii loco cõstituerat:suscæpit in fidem:atq̧
ide Parethoniuȝ p̄mã Aegypti a Lybiæ pte ciuitatẽ:uicto cæpit Antonio:ipsumq̧ cõti-
nuo apd Phaꝶ uicit. Antõius equestre aduers⁹ cæsarem belluȝ iniit:in eo quoq̧ misera
biliter uictus aufugit.kalẽdis sextilibus p̄ma luce Antõius cũ ad instruendã classeȝ i por
tuȝ descenderet:subito uniuersæ naues ad cæsarẽ trãsierunt. Cumq̧ unico p̄sidio spolia
tus eẽt:trepidus se cuȝ paucis recæpit in regiã. Deinde iminẽte cæsare: turbataq̧ ciuita-
te idem Antonius sese ferro transuerberauit:ac semianimis ad cleopatrã in monumen-
tum:in qd se illa mori certa cõdiderat:perlatus est. Cleopatra postq̃ se ad triumphũ ser
uari intellexit:uoluntariã mortem petens:serpentis:ut putatur:morsu : in sinistro tacta
brachio:exanimis inuenta est:frustra cæsare etiã psyllos admouente:q uenena serpen-
tium e uulneribus hoĩum haustu reuocare atq̧ exugere solent. Cæsar Alexãdria urbe
oĩum longe opulẽtissima & maxima uictor potitus est:nam & Roma in tantuȝ opib⁹
eius aucta est:ut propter abundantiam pecuniarum:duplicia q̃ usq̧ ad id fuerant:pos-
sessionum aliarumque rerum uenalium precia statuerentur. Occisi sunt iussu Cæsaris
maior Antonii filius & Publius Caninius infestus semper Cæsari:sed & Antonio infi-
dus:& Cassius parmensis ultima uiolati patris Cæsaris uictima:& Quintus Ouinius
ob eam maxime notam:q̧ obscœnissimæ lanificio textrinoq̧ reginæ:senator populi ro
mani p̄esse ñ erubuerat. Dehinc cæsar pedestribus copiis in Syriam uenit:deide i Asiã
ad hiberna concessit:ac post per Græciam Brundusium peruectus est.

Hic Cæsar primum imperator Augustus est salutatus. Cap. XVIII.

ANno ab urbe.dccxxvi.ipso impante Cæsare Augusto & Lucio Appuleio cõ-
sulibus:cæsar uictor ab oriẽte rediẽs octauo idus Ianuarii urbẽ triplici trium-
pho ingressus ẽ:ac tum p̄mum ipse Iani portas:sopitis oĩbus:finitisque bellis
ciuilib⁹ clausit. Hoc die p̄mũ August⁹ cõsalutatus ẽ. Quod nomẽ cũctis ãtea iuiolatũ:
& hucusq̧ cæteris iausũ dñis:tñ orbis licite usurpatũ apicẽ declarat impii:atq̧ ex eodẽ
die summa reꝶ ac potestatum penes unum cæpit esse:& mansit:qd græci monarchiam
uocãt. Porro autẽ hũc eẽ eundem diem:hoc ẽ octauo idus ianuarias:quẽ nos epiphani-
am:hoc ẽ apparitionẽ siue mãifestationem dñici sacramẽti obseruamus:nemo credẽtiũ
siue etiã fidei cõtradicẽtiũ nescit. De quo nostræ ipsius fidelissimæ obseruatiõis sacramẽ
to uberius nũc dicere:nec ratio nec locus flagitat:ut & quærentibus reseruasse:& negli-
gentibus nõ ingessisse uideamur. Hoc aũt fideliter cõmemorasse ideo par fuit: ut p oĩa
uẽturi Xp̄i gratia præpatum cæsaris imperiũ comprobet:nã cum primum Gaio Cæsa
re auũculo suo interfecto ex Apollonia rediẽs urbem ingrederet:hora circiter tertia re-
pente liquido ac puro sereno circulus ad speciem cœlestis arcus orbẽ solis ambiit:quasi
unum eum ac potissimũ in hoc mundo:solumq̧ clarissimũ in orbe mõstraret:cuius tpe
uẽturus eẽt:q ipsum solum:solus:mũdumq̧ totum & fecisset & regeret.

De restauratione seruorum dominis. Cap. XIX.

d Einde cũ secũdo in Sicilia recæptis a Põpeio & Lepido legiõibus.xxx.seruoꝶ.
M.dñis restituisset:&.xliiii.legiões solus impio suo ad tutamẽ orbis terrarum
distribuisset:ouãsq̧ urbẽ ingressus:oĩa supiora populiRomãi impatori dedita
donanda litteraꝶ etiã monumentis nedum aboleri censuisset. In diebus ipsis fons olei
largissimus:sicut superius expressi de taberna meritoria p totum diem fluxit. Quo si-
gno qd euidẽti⁹ q̃ in diebus Cæsaris toto orbe regnãtis futura Xp̄i natiuitas declarata
est:Xp̄s enim lingua gentis in qua & ex qua natus est:unctus interpretatur. Itaq̧ cum
eo tempore quo Cæsari ppetua tribunitia potestas decreta est:Romæ fons olei per to-
tum diẽ defluxit sub p̄ncipatu Cæsaris Romano imperio per totũ diem:hoc est per oẽ

Románi tempus impii: Xp̄m & ex eo christianos. i. unctum: atq; ex eo unctos de meri toria taberna: hoc est de hospitali largaq; ecclesia affluenter atq; incessabiliter processuros: restituẽdosq; p Cæsarem omnes seruos: qui tamen cognoscerent dominum suum cæterosq;: qui sine domino inueirẽtur: morti supplicioq; dedẽdos: rẽittẽdaq; sub Cæsare debita peccatorũ in ea urbe: in qua spõtaneũ fluxisset oleũ: euidentissima his: q ꝓphetarũ uoces nõ audiebãt: signa ĩ cœlo & terra ꝓdigia ꝓdiderunt. Tertio ãt cũ urbe; triumphans qntũ cõsul ingressus ẽ: eo. s. die que; supra nominauimus: cũ & Ianũ post. cc. annos primum ipse clausit: & clarissimũ illud Augusti nomen assumpsit: qd fideli⁹ ac ueri us credi: aut cognosci potest: cõcurrentibus ad tantã manifestationẽ: pace: noĩe: die: quã hunc occulto quidẽ gestorũ ordine ad obsequm præparatiõis eius p̄destinatũ fuisse: qui eo die quo ille manifestãdus mundo post paululũ erat: & pacis signu; p̄tulit: & potestatis nomen assumpsit? Quid autem in quarto reditu cum finito cantabrico bello: pacatisque omnibus gentibus: Cæsar urbem repetiit: ad contestationem fidei: quam exprimimus actum sit: ipso ordine melius proferetur.

Hic dr̃ ubi Cæsar ĩ Hispãia uti gẽtes legib⁹ suis ꝓhibẽs Iani portas apuit. Cap. XX.

ANno ab urbe cõdita. dccxxvi. imperatore Augusto Cæsare sexies: & bis Marco Agrippa consulib⁹: Cæsar parum in Hispania p ducentos annos actum intelligens: si Cantabros atq; Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis uti legibus sineret: aperuit Iani portas: atq; in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Gallatiæ prouinciæ portio sunt: qua extentu; Pyrenei iugũ haud procul secundo oceano sub septentrione deducitur. Hi non solum propriam libertatẽ tueri parati: uerumetiam finitimorum præripere ausi: Vacceos & Gurgonios & Aurigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segissamam castra posuit: tribus agminibus totam pene amplexus cantabriam. Diu itaq; fatigatu; frustra atq; in piculũ sæpe deducto exercitu: tandẽ ab Aqtanico sinu per oceanũ ĩcautis hostib⁹ admouere classe;: atq; expõi copias iubet. Tunc demũ cãtabri sub mœnib⁹ belgicæ maximo cõgressu belli euicti ĩ Vinniũ mõtẽ natura tutissimũ cõfugerunt: ubi obsidiõe famis ad extremũ pene cõsũpti sunt. Aracillũ deĩde oppidũ magna ui ac diu repugnãs postremo captũ ac dirutũ est. Præterea ulteriores Gallatiæ ptes: quæ mõtibus siluisq; cõsitæ oceão terminant̃: Antistius & Firmi⁹ legati magnis grauibusq; bellis perdomuerũt nã & Medullu; mõtẽ Minio flumini ĩminentẽ: in quo se magna multitudo hoĩum ruebat per. xv. M. passuũ fossa circũsæptum obsidiõe cĩxerunt. Itaq; ubi se gẽs hoĩu; trux natura & ferox: neq; tolerãdæ obsidiõi sufficiẽtẽ: neq; suscipiẽdo bello parem ĩtelligit: ad uoluntariã mortẽ seruitutis tĩore cõcurrit: nã se pene oẽs certatĩ igne: ferro: ac ueneno necauerunt. Astures uero poĩtis castris apud Asturã flumẽ: romãos: nisi ꝓditi: præuentiq; eẽnt: magnis cõsiliis uirtutibusq; opp̄ssissent. Tres legatos cũ legiõib⁹ suis in tria castra diuisos trib⁹ æque agmĩbus obruere moliti repente suorũ ꝓditõe detecti sunt. Hos postea carisi⁹ bello excæptos: nõ parua etiã romãorũ clade supauit. Pars eorũ prœlio elapsa Lanciã cõfugit. Cunq; milites circũdatã urbẽ ĩcẽdio adoriri pararẽt: dux carisius: & suis cessationẽ ĩperauit ĩcendii: & a barbaris uoluntatẽ deditiõis exegit. Studiose. n. nitebat̃ integrã atq; incolumẽ ciuitatẽ uictoriæ suæ testẽ relinquere. Cãtabricæ uictoriæ hunc honorẽ detulit cæsar: ut tunc quoq; belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tũc scd̃o p cæsarẽ q̃rto p⁹ urbe; ɔditã claus⁹ est Ian⁹. Post hoc claudi⁹ Drusus ꝓuign⁹ cæsaris galliã Rhetiãq; sortit⁹ maxĩas fortissimasq; gentes germãiæ armis subegit: nã tunc ueluti ad cõstitutum die; pacis festiarent: ita oẽs ad expientiam belli: decisionemue fœderis undatim gẽtes cõmouebant̃: aut suscepturæ conditionem pacis: si uincerentur

aut usuræ quieta libertate:si uincerent Norici:Illyrici:Panonii:Delmatæ:Mœsii: Thraces & Daci:Sarmatæ plurimiq; & maximi germaniæ populi p diuersos duces uel supati uel repssi:uel ēt obiectu maxio⁊ fluminū Rheni Danubiiq; seclusi sunt. Drus⁹ i Germania pmo Susiperes:deide Tencateros & Catos pdomuit. Marcomanos pene ad internitionē cecidit. Postea fortissimas natiões:& qb⁹ natura uires:cōsuetudo expientia⁊ uiriū dabat:Cheruscos:Sueuos & Sycābros piter uno bello:sed ēt suis aspo superauit Q uo⁊ ex eo cōsiderari uirtus ac feritas pōt:q mulieres quoq; eo⁊ siquādo pūetu romano⁊ īter plaustra sua cōcludebātur:deficientib⁹ telis:uel qualibet re: qua uelut telo uti furor possit:puos filios collisos humi in hostiū ora iaciebāt:in singulis filio⁊ necib⁹ bis parricidæ. Tūc ēt in Aphricā Vsulanos & getulos lati⁹ uagātes:Coss⁹ dux Cæsaris arctatis finib⁹ coercuit:atq; romāis limitibus abstinere metu compulit. Interea Cæsarem apud Tarraconē citerioris Hispāiæ urbē legati Indo⁊ & Scytha⁊ toto orbe transmissi:tādē ibi iuenerūt ultro qđ iā quærere nō possent. Refuderūt in Cæsarē Alexādri magni gloriā:quē sicut hispano⁊ gallorūq; legatio ī medio oriēte apud Babylonē contēplatione pacis adiit:ita hunc apđ Hispaniā in occidētis ultio supplex cū gētilico munere Eous:Indus:& Scytha:Bore⁹ orauit:Cātabrico bello p quinq; annos acto: totaque Hispāia in æternā pacē cū quadā respiratiōe lassitudīs reclinata ac reposita: Cæsar Romam rediit. Q uibus etiam diebus multa per se: multaque per duces & legatos bella gessit:nā inter cæteros & Piso aduersum Videlicos missus ē. Q uibus subactis uictor ad Cæsarē Lugdunū uēit. Pānonios nouo motu intūescētes Tyberius priuignus Cæsaris cruētissima cæde deleuit. Ideq; cōtinuo germāos bello arripuit:e qb⁹ .xl. milia captiuos uictor adduxit. Q uod reuera bellū maximū & formidolosissimū.xv. legiōib⁹ p triēniū gestum ē:nec fere ullū maius bellū:sicut Suetoni⁹ attestať post punicū fuit. Sub eodē uero tpe Q uintili⁹ Varus cū trib⁹ legiōibus a germāis rebellantib⁹ mira supbia atq; auaritia in subiectos se agēs:fundit⁹ deletus ē. Q uā Reipu. cladē Cæsar Augustus adeo grauiter tulit:ut sæpe p uim doloris caput parieti collidēs clamaret. Q uintili Vare redde legiōes. Bosphoranos uero Agrippa supauit:& signis Romāis: quæ illi quondā sub Mithridate sustulerant:bello recuperatis uictos ad deditione⁊ coegit. Parthi quasi toto terra⁊ orbe uel domito uel pacato oīum oculis signarent:atq; in se solos oīs uigor romāi imperii uertēdus eēt:qppe quos pristina ulciscēdæ Crassianæ cædis cōscientia mordebat:ultro signa:quæ Crasso interfecto abstulerāt:ad Cæsarē remiserūt: regiisque obsidibus traditis:firmū fœd⁹ fideli supplicatiōe⁊ eruerūt. Anno ab urbe cōdita.dcclii. Cæsar augustus ab oriente in occidētē:a septentriōe in meridiē:ac per totu⁊ oceani circulū cunctis gentibus una pace cōpositis Iani portas tertio ipse clausit. Q uas æuo.p.xii. fere ānos qetissimo semp obseratas ocio ipsa etiam rubigo signauit:nec pus unq̄ nisi extrēa senectute Augusti pulsatæ A thēiēsiū seditiōe & Daco⁊ cōmotiōe patuerant. Clausis igitur Iani portis:rēpub. quā bello quæsiuerat pace enutrire:atq; amplificare studens:leges plurimas statuit:p quas humanum genus libera reuerentia disciplinæ morē gereret. Domini appellationē ut hō declinauit:nā cū eodem spectāte ludos pnunciatū eēt a quodā mimo:o dn̄m æquū & bonū:uniuersiq;: quasi de ipso dictū eē exultātes approbauissent:stati qdē manu uultuq; idecoras adulatiões repssit:& in sequēti die grauissimo corripuit ædicto:dn̄mq; se post hoc appellari ne liberis qde⁊ aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus ē. Igit eo tempore.i. eo anno quo firmissimam uerissimāq; pacem ordiatiōe dei Cæsar cōposuit:natus ē Xp̄s:cuius aduentui pax ista famulata est:in cuius ortu audientibus hoībus exultantes angeli cecinerunt. Gloria in excelsis deo:& in terra pax hoīb⁹ bonæ uolūtatis: Eodemq; tpe hic:ad quē re⁊ oīu⁊ sūma con

cesserat: dñm se oĩum appellari nõ passus é: imo nõ ausus: qa uerus dominus totius generis humani inter hoĩes natus erat: eodẽq; ãno tunc pmũ idẽ Cæsar: quẽ his tãtis mysteriis pdestinauerat deus: cẽsum agi singularũ ubiq; prouinciarũ: & censeri oẽs homines iussit: quando & deus homo uideri & esse dignatus est. Tunc igitur natus est Christus: Romano censui statim ascriptus est. Hæc est prima illa clarissimaq; professio: quæ Cæsarem omniũ principem: Romanosq; dominos rerũ sigillatim cunctorum hominum ædita ascriptione signauit: in qua se & ipe: qui cunctos homines fecit: inueniri hominem ascribi inter homines uoluit. Quod nunq penitus ab orbe condito atq; ab exordio generis humani in hunc mundũ: ne Babylonio qdẽ uel macedonico: ut nõ dicaz minori cuiq; regno cõcessum fuit: nec dubiũ: qn oĩum cognitiõi fidei inspectioniq; pateat: q; dñs nr̃ Iesus xp̄s hanc urbẽ nutu suo auctã defensamq; i hũc rerũ apicem pduxerit cuius potissime uoluit eẽ: cũ uẽit dicẽdus: utiq; ciuis Romãus census pfessione romani. Quamobrem qa ad id tp̃is peruentum ẽ: quo & dominus Christus hunc mundũ pmum aduẽtu suo illustrauit: regnũq; Cæsari tranqllissimũ dedit: hunc quoque sextũ libellum hoc fine concluseri: ut germinãtia tẽpora christiana magisq; inter repmentiũ minus crescentia: & quæ adhuc in prouectu posita: horũ ipsorũ: quibus hæc respondere cogimur insectatiõe: mordentur: septio libello: si tamen adiuuãte domino suffecerim: comprehendam: ut quoniaz ab initio & peccare hoĩes & puniri propter peccata nõ tacui: nũc quoq; quæ psecutiões xp̄ianorũ actæ sunt: & quæ ultiões secutæ absq; : eoq; oẽs ad peccãdũ generaliter pnĩ sunt: atq; ideo sigillatim corripiuntur : expediam.

Pauli Orosii uiri doctissimi in septimũ historiarũ librum prologus.

SVFFIcienter: ut arbitror: documenta sunt collecta: quibus absque ullo archano: quod paucorum fidelium est: probari de medio queat: unum illũ & uerum deũ: quẽ christiana fides prædicat: & cõdidisse mũdũ creaturamq; eius cũ uoluit: & disposuisse p tẽpora multa: cuz a multis ignoraretur: & confirmasse ad unuz: cum per unicum declaratus est: simulque potẽtiã patientiãq; eius multimodis argumentis eluxisse. In quo qdem angustas: deiectasq; mẽtes offendi paulisp intelligo: q; tantæ potentiæ patientia tanta miscet̃. Si. n. potens erat: inquĩt creare mundũ: cõponere pacem mundi: insinuar̃ mundo cultũ ad notitiam sui: qd opus fuit tanta: uelut ipsi sentiunt: & tã perniciosa patientia: ut in ultimo erroribꝰ: cladibus: laboribusq; hoĩum fieret: qđ a principio uirtute eius quẽ pdicãt: dei sic potius cœpisse potuisset. Quibus quidem ueraciter respondere possem: ad hoc ab initio creatum & institutum humanum genus: ut sub religiõe cum pace & sine labore uiuens fructũ obedientiæ æternitatem pmerere t̃: sed abusum bõitate creatoris: libertatem indulgẽtis in cõtũaciæ uẽisse licentiã: atq; ex cõtẽptu in obliuionẽ defluxisse: iustãq; nũc eẽ patiẽtiã dei: & iustitiã in utrãq; ptez: ut nec cõtemptus disperdat in totum: cui misereri uelit: & affici laboribus dum uelit: sinat contemptus potẽs. Deinde subsequẽs esse: iuste semper adhibere: q̃uis ignoranti gubernationem: cui aliquando pie restituturus sit pœnitenti antiquæ gratiæ facultatẽ. Sed hæc quoniam & si uerissime fortissimeq; dicũtur: fidelem tamen atq; obedientẽ reqrunt: mihi ãt si uidero aliquẽ ex creditu ris: certe nunc cũ incredulis actio est: prõptiꝰ ea pferã: quæ ipsi & si probare noluerint: ĩ pbare nõ possint. Itaq; q̃tuz ad cõscientiã humanarũ mẽtiuz ptinet: utriq; sub reuerentia religiõis & cõfessiõe: cultuq; supnæ potentiæ uiuimꝰ: distãte dũtaxat fide: qa nostrũ est fateri ex uno: & p unuz deuz constare oĩa: illorũ tã multos deos putare: q̃ multa sunt elementa. Si potentiæ dei inquiũt: quem prædicatis fuit: ut Romanum imperiuz tã amplum ac tam sublime fieret: cur igitur patientiæ eiusdem obfuit ut ante non fieret.

Quibus sub eodem uerbo respondebitur. Si potentiæ deorum: quos predicatis fuit: ut Romanũ iperiũ tam amplũ ac tã sublime fieret: cur igit̃ patiẽtiæ eorundẽ obfuit ut ante nõ fieret? an ipsi dii nõdũ erãt? an adhuc Roma ipsa non erat? an illi nõ colebant? an hæc nõdũ idonea ad iperiũ uidebat? Si nõdũ erãt dii: aut potẽtia: cessat ĩtẽtio. Vt qd enĩ iã ibi eoꝝ discutio morã: ubi ne ipsã qdem iuenio naturam? Si autem erãt dii: aut poten tia eorum: ut ipsi iudicant: aut patientia in culpa est: uel patientia si fuit: uel potẽtia si de- fuit: aut si magis suasibile uidetur eẽ: tũc qdẽ deos q ꝓuehere potuissent: sed nõduꝫ exti tisse Romanos q ꝓuehi iure possẽt. Nos aũt auctorẽ reꝝ potẽtiã: nõ artificẽ sciẽtiã quæ rimus. De diis qppe ut putãt: magnis: nõ de fabris uilissimis quæstio est: qb9 nisi mate- ria accedat ars cessat. Si enim præscisse illis ac uoluisse præsto semp fuit: imo etiam sub- iacente præscientia: quia apud oĩpotentiam de operibus dũtaxat suis hoc est præscire: qđ uelle: quodcũqꝫ illud præsciebatur: cui uoluntas astipularetur: non expectari oportu it: sed creari maxime cum: & iuonem illum suum aceruos formicaruꝫ in populos hoĩuꝫ ludo uerter̃ solitũ ferant. Porro aũt de cura cærimoniarum: nec recẽsendũ arbitror: quo niam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis: nulla requies fuit: nisi cuꝫ saluator mũdi Christus illuxit: cuius aduẽtui prædestinatam fuisse ĩperii Romani pacẽ & si iã sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamen adhuc supplere conabor. Princi pio secũdi libelli cum tempora Romanæ conditionis stili tenore pstringereꝫ: multa cõ uenienter inter Babyloniam urbem Assirioruꝫ tunc principem gentium: & Romanã nunc æque gentibus dominanteꝫ cõpacta conscripsi: fuisse illud primum: hoc ultimuꝫ imperiũ: illud paulatim cædens: at istud sensim conualescẽs defluxisse: illi sub uno tẽpo- re nouissimum regem: isti primum regem fuisse. Iam deinde tunc iuadẽte Cyro captã uelut in mortẽ concidisse: cũctam fiducialiter assurgentem: post expulsos reges: liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cum uendicante libertatem suam Roma: tũc quoqꝫ iude orum populus: qui apud Babyloniam sub regibus seruiebat: in sanctam Hierusalem re cæpta libertate redierit: templũqꝫ domini: sicut a prophetis prædictũ fuerat: reformarit Præterea intercessisse dixeram inter Babyloniuꝫ regnum: quod ab oriẽte fuerat: & Ro manum: quod ab occidente cõsurgens: hæreditate orientis enutriebatur: Macedonicũ aphricanumqꝫ regnũ: hoc est quasi a meridie ac septẽtriõe breuibus uicib9 partes tuto ris curatorisqꝫ tenuisse. Orientis & occidentis regnũ æque Babyloniũ & Romanũ iur̃ uocitari: neminẽ unq̃ dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septẽtriõe eẽ cuꝫ ipsa cœli plaga: tũ Alexandri magni aræ positæ usqꝫ ad nunc sub Rhypheis montib9 docẽt Carthaginẽ uero uniuersæ præcelluisse Aphricæ: & non solũ in Siciliam: Sardiniaꝫ: cæ terasqꝫ adiacẽtes insulas: sed etiã in Hispaniam regni terminos tetendisse: historiarum si mul monumenta urbiumqꝫ declarant. Dictũ est etiam uastatæ p Medos Babylõiæ: & irruptæ p Gothos Romæ: pares admodũ annoꝝ numeros cucurrisse. Nũc auteꝫ his il lud adiicio: quo magis clareat unum esse arbitrum sæculorũ: regnorũ: locorumqꝫ oĩum deũ. Regnum Carthaginẽse a cõditione usqꝫ ad euersionem eius paulo amplius q̃. dcc. annis stetit: æque regnum Macedonicum a Carano usqꝫ ad Persen paulomin9 q̃. dcc. utrũqꝫ tamen septenarius ille numerus: quo iudicantur: omnia terminat. Roma ipsa ẽt q̃uis ad aduẽtum domini nostri Iesu Christi perfecto proueheretur imperio: tamẽ pau lulũ & ipsa in occursũ numeri huius offendit.

Hic dicitur quomodo Roma graui incendio uastata est. Capi. I.

NAm. dcc. conditionis suæ anno. xiiii. uicos eius icertum unde consurgens flã- ma consumpsit: nec unq̃: ut ait Liui9: maiore icendio uastata est: adeo: ut post aliquot annos: cæsar Augustus ad reparationem eorũ: quæ tunc exusta erãt:

magnã uim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poterã quoq; ostendere eũdẽ dupli catũ numerũ mãsisse Babylõiæ: quæ post. M. cccc. & qđ excurrit ãnos: ultia a Cyro re ge capta ẽ: nisi præsẽtiũ cõtẽplatiõe reuocarer. Illđ sane libẽter adiicio: qđ primũ illius re gũ oium Nini: quis & pr eius Belus obscure primus regnasse referat: ãno postq̃ regnar cœperat. xliii. natus est ille sanctus Abraam: cui datæ sunt repromissiones: ex cuius se mine repromissus ẽ Christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnium Augu gusti cæsaris: quis & pater eius Cæsar metator ĩperii potius q̃ ĩperator extiterit. Istius inq̃ Cæsaris: posteaq̃ ĩperare cœpit emenso propemodũ anno. xlii. natus ẽ Christus: q Abraã sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus ẽ aũt. viii. kalẽdas ianuarii: cuꝫ primum ĩcremẽta oĩa anni ueniẽtis ĩcipiunt. Ita factum est ut cũ Abraaꝫ. xliii. natus sit anno sub fine. xlii. natiuitatis Christi conueniret: ut iam non ipse ĩ parte tertii anni: sed ĩ ipso poti9 tertius ãnus oriret. Qui ãnus: q̃tis: q̃ nouis: q̃q; ĩusitatis bonis abũdauerit: satis etiã me nõ ꝓferẽte cõpertũ haberi arbitror: toto terraꝝ orbe una pax oium: nõ ces satione: sed abolitione belloꝝ: clausæ Iani gemini portæ extirpatis: belloꝝ radicibus non repressis: cẽsus ille primus & maximus fuit: cum in hoc unũ Cæsaris nom̃ uniuersa ma gnarũ gẽtiũ creatura iurauit: simulq; cõmunionẽ cẽsus unius societatis effecta ẽ. Igitur ãno ab urbe cõdita. dcc. xlii. natus ẽ Christus salutarẽ mũdo afferẽs fidẽ: uere petra me dio reꝝ posita: ubi cõminueret q offenderet: qui crederet saluaret: uere ignis ardẽs: quẽ q seqtur: illuminat: q tẽtat exurit. Ipse ẽ Christus christianoꝝ caput saluator bonoruꝫ: maloꝝ pũitor: iudex oium: q formã secuturis uerbo & ope statuẽs: quo magis doceret patiẽtes ĩ persecutionibus: quas pro uita æterna exciperent: eẽ oporter: mox ut uirginis partu æditus mũdo apparuit: a passionibus suis cæpit: nãq; eum rex Iudææ Herodes si mul ut natũ comperit: necare decreuit: plurimosq; tũc paruulos: dũ unũ ĩsectat occidit. Hic malignis ĩprobe ĩcurrẽtibus digna punitio ẽ. Hinc inq̃tũ trãqlle agit mundus: cre dẽtiũ grã: inq̃tũ pernitiose inquietatur: blasphemãtiũ pœna est: securis p omnia christi anis fidelibus: q̃bus aut æternæ uitæ requies in tuto: aut etiam huius in lucro ẽ: qđ prõ ptius cũ per ordinẽ referã: ipsis rebus ostẽdã. Postq̃ redemptor mundi dominus Iesus Christus uenit in terras: & Cæsaris censu ciuis Romanus ascriptus est: dũ p. xii. ut dixi ãnos: clausæ belli portæ beatissimæ pacis tranq̃llitate cohiberent: Gaiũ nepotẽ suũ Cæ sar augustus ad ordinãdas Aegypti Syriæq; prouincias misit: q præteriens ab Aegypto fines Palestinæ apud Hyerosolymã in templo dei tũc sancto & cælebri adorare cõtem psit: sicut Suetonius trãquillus refert. Quod ut August9 cõperit: prauo usus iudicio: eũ prudenter fecisse laudauit. Itaq; anno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira Romanos fa mes consecuta est: ut Cæsar lanistarum familias omnesq; peregrinos: seruorum quoq; maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccãte principe in sanctũ dei: & correpto per famem populo: quantitatem offensiõis qualitas ultionis ostendit. Deinde ut uerbis Cornelii Taciti loquar: sene Augusto Ianus patefa ctus: dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex usu: & aliquando cum damno queruntur: usq; ad Vespasiani durauit imperium. Hucusq; Corneli9. Cæ terum & tunc capta euersaq; urbe Hierosolymarum: sicut prophetæ pronunciauerant: extinctisq; Iudæis Titus qui ad uindicandũ domini nostri Iesu Christi sanguinẽ iudicio dei fuerat ordinatus: uictor triumphans cũ Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur & si sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus: tamen per multa tempora ex eo: quis in procinctu esset exercitus: nulla bella sonuerunt. Vnde etiã dominus Iesus Chri stus in euangeliis cum tpibus illis in sũma tranquillitate uniuersus mundus ageret: cun ctasq; gentes pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset: de conditione tem-

poꝝ subsequentiū iter cætera sic ait. Audituri autē estis prœlia & opiniones prœlioꝝ:
Videte ne turbemini. Oportet enī hæc primum fieri: sed nōdum ē finis. Cōsurget enī
gēs ī gētē: & regnum ī regnum: & erunt pestilentiæ & fames & terremotus ꝑ loca. Hæc
autē oīa initia sunt doloꝝ. Tūc tradēt uos ī tribulationē: & occidēt uos: & eritis odio oī
bus gentibus ꝓpter nomē meum. Hoc aūt diuina ꝓuidētia docēs: & credētes ꝑmonen
do firmauit: & incredulos prædicādo cōfudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxvii. post mor
tem Augusti Cæsaris. Tyberius Cæsar impiū adeptus ē: māsitq; in eo annis. xxiii. Hic ꝑ
semetipsum nulla bella gessit: sed ne ꝑ legatos qdē aliqua grauia: nisi: ꝙ tātū ī aliquantis
locis præcogniti cito gentiū tumores cōprimebātur. Sane. iiii. īperii eius anno Germa
nicus Drusi filius: Caligulæ pater: de Germāis: ad quos ab Augusto sene missus fuerat:
triumphauit. Ipse aūt Tyberius plurima impii sui parte cum magna & graui modestia
reip. præfuit: adeo ut quibusdā ꝑsidib⁹ augēda ꝓuinciis tributa suadentibus scripserit.
Boni pastoris esse tōdere pecus: nō deglutire. At postq̄ passus ē domin⁹ Iesus Christ⁹
atq; a mortuis resurrexit: & discipulos suos ad prædicandū misit. Pilatus præses Palesti
næ prouīciæ ad Tyberium imperatorē atq; ad senatū rettulit de passiōe & resurrectiōe
Christi: cōsequētibusq; uirtutibus: quæ uel ꝑ ipsum factæ fuerant: uel ꝑ discipulos ipsi-
us ī noīe eius fiebāt: & de eo ꝙ certatī crescēte plurimoꝝ fide Deus crederetur.

Hic Tyberius Cæsar rettulit ad senatū: ut Christus Deus haberetur. Cap. II.

Tyberius cū suffragio magni fauoris rettulit ad senatum: ut Christus De⁹ habe
ret. Senatus indignatione motus: ꝙ nō sibi prius secundum morē delatū esset
ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret: cōsecrationem Christi recusauit:
ædictoq; cōstituit exterminādos esse ex urbe Christianos: præcipue cū & Seianus præ
fectus Tyberii suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tyberius tamē ædi-
cto accusatoribus christianoꝝ mortem cōminatus est. Itaq; paulatim imminuta est illa
Tyberii Cæsaris laudatissima modestia ī pœnā cōtradictoris senatus: nā regi quæcunq;
uolūtate faciebat: uoluntas erat: atq; ex māsuetissimo principe sæuissima bestia exarsit.
nam plurimos senatoꝝ proscripsit & ad mortē coegit. Viginti sibi patricios uiros cōsilii
causa legerat. Hoꝝ uix duos incolumes reliquit: cæteros diuersis causis necauit. Seianū
præfectum suum res nouas molientem interfecit. Filios suos Drusum & Germanicū
quoꝝ Drusus naturalis: Germanic⁹ adoptiuus erat: manifestis ueneni signis ꝑdidit. Fi
lios Germanici filii sui īterfecit. Referrī sigillatī facta eius horret aīus: pudetq;: tāta libidi
nis & crudelitatis rabie efferbuit: ut q spreuerāt christo rege saluari: rege Cæsare punirē
tur. Huius tamē īperii āno. xii. noua & īcredibilis clades apd Fidēnatiū urbē accidit. Am
phitheatri cauea populo gladiatoꝝ munus spectāte collapsa ē: & plus q̄. xx. milia homi
num occidit. Dignū fāc posteris tātæ correctionis exēplū: tū ad spectādas hominū mor
tes: auidos homines conuenisse: quādo pro salute hoīum ꝓuidēda De⁹ hō eē uoluisset.

Hic dicit ubi dominus passus ē: & ꝙ terræmotus factus est ꝑ orbeꝫ. Cap. III.

DEīde āno eiusdē. xv. cū Dominus Christus Ies⁹ uolūtarie qdē se tradidit pas-
sioni: sed impie a iudæis apprehens⁹: & patibulo suspēs⁹ est: maxīo terræmotu
per orbem facto: saxa in montibus scissa sunt: maximarumq; urbiū plurimæ
partes plus solita concussione ceciderūt. Eadē quoq; die ad horā diei sextā sol in toto ór
be obscuratus: tetraq; nox subito obducta terris est: & sicut dictū ē: īpiaq; æterna timue
runt sæcula noctē. Vsqueadeo aūt neq; lunā lumini solis: neq; nubes obstitisse manife-
stum ē: ut. xiiii. luna ea die tota cœli regione interiecta lōgissime a conspectu solis abfuis
se: & stellas tunc diurnis horis uel potius ī illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse referat.
Quod nō solū sanctoꝝ euāgelioꝝ fides: sed ēt aliquāti Græcoꝝ libri attestant. Iaꝫ hinc

post passiōe3 domini:quē iudæi q̄tū ī ipis fuit psecuti sūt:cōtinue clades Iudæoꝝ:donec exinaniti dispersiq3 deficiāt:incessabiliter pstrepūt. Tyberius siqdē iuuētutē eoꝝ p speciē sacramenti in prouinciaf grauioris cœli relegauit:reliquas gētes eiusdē uel similia sectantes urbe submouit sub pœna ppetuæ seruitutis:nisi obtēperassēt. Sane Asiæ ciuitates illo terræmotu dirutas tributo dimisso ppria etiā libertate donauit. Hic ābiguis signis ueneni obiit. Anno ab urbe cōdita. dcc.lxxxx. tertius ab Augusto Gaius Caligula cœpit regnare:mãsitq3 ī iperio annis nō plenis. iiii. hō ante se oīum flagitiosissimus: & q uere dignus Romāis blasphemātibus:& Iudæis psecutoribus punitor adhibit9 uideret. Hic ut breuiter magnitudinē crudelitatis eius exprimā:exclamasse fert: Vtinā populus romanus una3 ceruicē haberet. Sæpe etiā de cōditiōe tēpoꝝ suoꝝ cōquest9 ē:q3 nullis calamitatibus publicis insignirent. O beata Germina temporis christiani q̄tum præualuistis in rebus humanis:ut etiā crudelitas hoīs magis potuerit clades desiderare:q̄ iuenir. Ecce de trāquillitate generali feritas ieiuna cōqueritur. Furor impius intus sæua sedēs sup arma:& cētū uict9 ahenis. Post tergū nodis:fremit horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterruere Romā:euertere italiā:Siciliā deleuere:iā pene uniuerso humano generi toto orbe metuēdi. In dieb9 āt salutis:hoc ē temporib9 christianis cōuellere qetē nō pōt:uel Cæsar infest9. Hic siqdē magno & icredibili apparatu pfectus quærere hostē uiribus ociosis:Germaniā Galliāq3 percurrens:in ora oceani circa prospectū Britāniæ restitit. Cūq3 ibi Minocynobellinū Britānoru3 regis filiū:q a patre pulsus:cū paucis oberrabat:ī deditiōe3 recæpisset:deficiēte belli materia Romā rediit. Iisdē āt diebus Iudæi:q iā tūc ob passionē Christi meritis ubiq3 cladib9 exagitabant: apud Alexādriā seditione excitata pfligati cæde:atq3 ab urbe pulsi: expromēdaꝝ querelaꝝ causa Philone3 quendā uiꝝ sane ī primis eruditū legatū ad cæsarē miserūt. S3 Caligula cū oībus hoībus:tū præcipue Iudæis esset ifestissimus:spreta legatione Philonis: omnes Iudæoꝝ sacras ædes:atq3 in primis antiquū illd in Hierosolymis sacrariū pphanari sacrificiis gētiliū:ac repleri statuis simulacrisq3 iperauit:seq3 ibi ut deū coli præcepit. Pilatus āt præses:q snīā damnationis ī Christū dixerat:postq̄ plurimas seditiones ī Hierosolymis expleuit & fecit:tantis irrogante Gaio angoribus coartatus ē:ut sua se transuerberās manu maloꝝ cōpendiū mortis celeritare quæsiuerit. Gaius uero Caligula libidinibus suis etiā illud sceleris adiecit:ut sorores suas primū stupro pollueret:deinde exilio damnaret. Qui post omnes simul exules iussit occidi. Ipe aute3 a suis protectorib9 occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti sunt:quorum alteri pugio:alteri gladius p signo nominis ascriptus erat:ambo lectissimorum uirorum utriusq3 ordinis senatorii & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & archa ingens uariorum uenenorum pocula continens:quibus mox Claudio Cæsare iubente: demersis infecta maria traduntur non sine magno pisciū exitio:quos enecatos per proxima littora passim æstus eiecit. Magnu3 uero īdiciū miserentis dei propter suffragium gratiæ in populum continue ex parte crediturum:& propter iræ temperamentum ī populū tunc infideliter obstinatum:ut q̄ta multitudo hoīum præparatam mortem euaserit:ex multitudie īterfectoꝝ pisciū discerneret:oībusq3 notesceret:qd tāta ueneni moles arte aucta agere in miserā ciuitatē potuisset:q negligēter effusa etiā maria corrupit.

Hic dicit ubi p̄mu3 uenit Romā beatus Petrus apostolus sub Claudio. Cap. IIII.

ANno ab urbe cōdita. dccc.lxxxxv. Tyberius Claudius ab Augusto quartus regnū adeptus ē:mãsitq3 ī eo annos. xiiii. Exordio regni eius Petrus apostol9 domini nostri Iesu christi Romā uenit:& salutarē cūctis credētib9 fidē fideli uerbo docuit:potentissimisq3 uirtutibus approbauit. Exī christiani Romæ eē cœperūt:se-

sitq; hoc collatū fidei suæ Roma beneficiū:naʒ cū īterfecto Caligula multa mala de ab-
rogādo īperio:ac repu. ī ātiquū ordinē restituēda:euertēdaq; penitus Cæsaꝝ uniuersa
familia senatus & consules decreuissent:Claudius mox ut confirmauit īperiuʒ: magna
atq; adhuc Romæ īcognita usus clæmētia:ne ī tātā nobiliuʒ multitudinē ultio si eē cœ-
pta:sæuiret:iudiciū illud:quod ex reipu. statu īfeliciter consultatū actūq; fuerat:memo-
riæ exemit:oīumq; factoꝝ dictorūue ī eo ueniā & obliuionē ī perpetuum sanxit. Ita illā
præclarā & famosā Atheniēsiū Amnestiā:quā qdē Romæ inducer Iulio Cæsare īterfe
cto:senatus:Cicerone suadente:tentauerat:sed & Octauiano & Antonio ꝓpter ultionē
extincti Cæsaris irrūpentibus ī irritū cesserat:hāc Claudius quāuis multo truculētiore
causa in cædē cōspiratoꝝ stimularetur:ultronea clæmētia nullo expetente firmauit. Ac
cidit etiā eodē tēpore præsentis gratiæ dei grande miraculū:siqdē Furius Camillus Scri
bonianus Delmatiæ legatus:bellū ciuile molitus:legiones multas fortissimasq; ad sacra
mēti mutationē pellexerat. Itaq; die dicto:ut in unū undiq; ad nouū īperatorē conueni
ret:neq; aqlæ ornari:neq; cōuelli quoquomodo signa:mouerīue potuerunt. Exercitus
tanta & tam inusitata miraculi fide motus & cōuersus ī pœnitētiā:īperatorē Scribonia
nū qnto statim die destitutum īterfecit:seseq; sacramento prioris militiæ continuit. Tri
stius ac pernitiosius urbi Romæ nihil unq̄ fuisse:q̄ bella ciuilia satis notū est. Itaq; pro-
pter aduentum apostoli Petri:& tenera christianorum germina:uix dum adhuc pauca
ad sanctæ fidei professionē erumpentia:hanc exorientē tyrannidem & consurgēs istud
ciuile bellū quisnā diuinitus esse cōpressum neget:qui præteritis tēporibus de compres-
sione bellorum ciuiliū simile probarit exēplum? Claudius quarto imperii sui anno: cu-
piens se utilem reipu. ostentare principem:bellum ubiq; & uictoriam undecunq; quæsi
uit. Itaq; expeditionem in Britanniam mouit:quæ excitata ī tumultum propter nō red
ditos transfugas uidebat:transuectusq; in īsulā ē:quā neq; ante Iuliū Cæsarē:neq; post
eum qsq̄ adire ausus fuerat. Ibiq;:ut uerbis Suetonii Tranquilli loquar:sine ullo prœlio
ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditioneʒ recæpit. Or
chadas etiā insulas ultra Britāniaʒ in oceano positas Romano adiecit īperio: ac sexto q̄
profectus erat mēse Romā rediit. Conferatur nūc:si cuiq̄ placet insula & insula:tēpus
& tempus:bellum & belluʒ:Cæsar & Cæsar:nā de fine nihil profero:quoniā hoc felicis-
sima uictoria:illud acerbissima clades fuit:& sic demum Roma cognoscat:ꝑ cuius latēteʒ
prouidentiam:in agendis rebus:antea se partem felicitatis habuisse:cuius agnitione su-
scæpta:plenissima felicitate perfruitur: non tamen inq̄tum blasphemiarum offendicu-
lis deprauatur. Eodē anno imperii eius fames grauissima per Syriam facta est:quā etiā
prophetæ prænunciauerant:sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymā cō
uectis ab Aegypto frumētis Helena Adiabenoruʒ regina conuersa ad fidem christi lar
gissime ministrauit. Anno imperii eius quinto in Theram & Therasiam insulas de ꝓfū
do emicuit belua. xxx. stadiorum extenta spacio. Anno eius septimo sub procuratore
Iudeæ Cumano in Hierosolymis tanta seditio in diebus azimorum exorta ē:ut ī porta
rum exitu populo coartato. xxx. M. Iudæoruʒ cæde prostrata & compressione suffoca
ta referantur. Anno eiusdē nono expulsos per Claudium urbe Iudæos Iosephꝰ refert:
sed me magis Suetoniꝰ mouet:qui ait hoc modo Claudius Iudæos impulsor Christo
assidue tumultuantes Roma expulit. Quod utruʒ contra Christuʒ tumultuantes Iu
dæos coerceri & comprimi iusserit:an etiam Christianos simul:uelut cognatæ religiōis
hoīes uoluerit expelli:nequaq̄ discernitur. Verūtamē sequēti āno tanta fames Romæ
fuit:ut medio foro Imperator correptꝰ a populo cōuiciis & fragminibus pāis turpissi-
me infestatus ægre per Pseudotyrum in palacium refugiens:furorem excitatæ plæbis

euaſerit. Paruo autem intercedente tempore. xxxv. ſenatores &. ccc. ſimul eq̄tes Roma
nos minimis cauſis interfecit: ipſe autem manifeſtis ueneni ſignis mortuus ē. Anno ab
Nero urbe condita. dccc. viii. Nero Cæſar ab auguſto quinto principatū adeptus eſt: māſitq;
in eo annis non plenis. xiiii. Gaii caligulæ auunculi ſui erga omnia uicia ac ſcelera ſecta
tor: imo tranſgreſſor: petulātiam: libidinē: luxuriam: auaritiam: crudelitatem nullo non
ſcelere exercuit: ſiquidem percitus petulantia omnia pene Italiæ ac Græciæ theatra per-
luſtrans: aſſumpto ēt uarii ueſtitus dedecore: ceritos: cythariſtas: tragœdos & aurigas
ſæpe ſibi ſuperaſſe uiſus eſt. Libidinibus porro tantis exagitatus eſt: ut ne a matre q̄de3
uel ſorore uel ulla conſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe referatur: uirum in uxorem
duxerit: ipſe a uiro ut uxor accæptus ſit. Luxuriæ uero tā effrenatæ fuit: ut retibus aure
is piſcaretur: quæ purpureis funibus extrahebantur: frigidis & calidis lauaretur unguē
tis. Qui etiam nunq̃ minus. M. carucis confeciſſe iter tradit̄. Deniq; urbis Romæ īcē
dium uoluptatis ſuæ ſpectaculū fecit. Per ſex enim dies ſeptemq; noctes ardens ciuitas
regios pauit aſpectus. Horrea quadro ſtructa lapide magnæq; illæ ueterū īſulæ: quas di
ſcurrens adire flāma non potuit: magnis machinis quondam ad extrema bella præpa
ratis labefactatæ atq; inflāmatæ ſunt: ad monumētoꝝ buſtorūq; diuerſoria infelici plæ
be compulſa. Quod ipſe ex altiſſima illa mecœnatiana turre proſpectās: lætuſq; flāmæ
ut aiebat pulchritudine: tragico habitu Iliadē decantabat. Auaritiæ autem tā præruptæ
extitit: ut poſt hoc īcēdium urbis: quā ſe Auguſtꝰ ex lateritia marmoream reddidiſſe ia
ctauerat: neminē ad reliqas reꝝ uſtarū adire permiſerit: cūcta quæ flāmæ quoquo mo-
do ſuperfuerāt: ipſe abſtulit. Cēties cētena millia ſeſtertiū ad annuā impenſa3 a ſenatu
ſibi conferri impauit: plurimos ſenatorum nulla extāte cauſa bonis priuauit: negociato
rū oīum ſub una die: tormentis quoq; adhibitis omnem penitus cenſum abſterſit.

Nero hic primꝰ ꝑſecutus ē chriſtianos: q̄ ēt apoſtolos Petrū & Paulū occidit. Ca. V.

CRudelitatis autem rabie ita efferatus ē: ut plurimā ſenatus partem īterfecerit
equeſtrē ordīnē pene deſtituerit: ſed ne parricidiis quidē abſtinuit: matrē: fra-
trē: ſororē: uxorē cæteroſq; cognatos & ꝓpinquos ſine hæſitatione proſtrauit
Auxit hāc molē facinorū eius temeritas impietatis in deum: nā primus Romæ chriſtia
nos ſuppliciis & mortibꝰ affecit: ac p oēs ꝓuincias pari ꝑſecutiōe excruciari imperauit:
ipſūq; nomē extirpare conatus beatiſſimos chriſti apoſtolos Petrū cruce: Paulū gladio
occidit. Mox aceruatim miſerā ciuitatē obortæ undiq; clades oppreſſere: na3 ſubſequē-
te autūno tāta urbi peſtilētia increbuit: ut. xxx. M. funeꝝ ī rationē libitinæ uenirēt. Bri
tānica deinde clades eueſtigio accidit: qua duo præcipua oppida magna ciuiū ſociorūq;
clade & cæde direpta ſunt. Præterea ī oriētē magnis Armeniæ ꝓuīciis amiſſis Romāæ
legiōes ſub iugū Parthicū miſſæ: ægreq; Syria retenta ē. In Aſia tres urbes: hoc ē Lao-
dicea Hierapolis: Coloſſæ terremotu cōciderūt. At uero Nero poſtq̄ Galbā ī Hiſpania ī
peratorē creatū ab exercitu cognouit: totus aīo ac ſpe cōcidit. Cūq; īcredibilia perturbā
dæ: īmo ſubruēdæ reipu. mala moliret̄: hoſtis a ſenatu pronunciatus: ignominioſiſſime
fugiēs ad quartū ab urbe lapidē ſeſe īterfecit: atq; ī eo oīs Cæſaꝝ familia cōſumpta ē. An
no ab urbe cōdita. dccc. xxii. Galba apud Hiſpanias uſurpauit īperiū. Qui ut Neronis
mortē comperit: Romā uenit. Cūq; omni auaritia & ſæuitia: ſegnitiaq; offēderet: Piſo
nē ſibi nobilem īduſtriūq; adoleſcētē ī filiū atq; ī regnū adoptauit: cū quo ſeptimo mēſe
impii ſui ab Othone iugulatus ē. Luit Roma cædibus principū excitatis ciuilibꝰ bellis
recentes chriſtianæ religiōis iniurias: & ſigna legionū illa: quæ ſub aduētu in urbē Petri
apoſtoli diuinitus coercita: cōuelli nullo modo ad excitandū ciuile bellū ualuerāt: quod
p Scribonianā parabat̄. Petro ī urbe īterfecto: & chriſtiāis pœnaꝝ diuerſitate laniatis:

toto se orbe soluerunt. De Hispāia siqdē ilico Galba surrexerat: quo mox presso: Otho Romæ: Vitelli⁹ in germania: Vespasianus in Syria imperia simul atq; arma rapuerunt. Probent sane ēt iuiti potentiā simul & clæmētiam dei q Xpianis tēporibus offendunt. q̄ta celeritate tantorꝫ incendia bellorꝫ & excitata sunt & repressa: cum antea & minimis causis magnæ ac diutinæ clades agitarentur: & nunc maximi undiq; constrepētes magnorꝫ malorum fragores minimo negocio sopirent. Iam. n. erat Romæ: q̄uis psecutione uexante ecclesia: quæ iudici oīum Christo ēt pro inimicis & persecutoribus supplicaret. Igitur Otho cū Galba & Pisone Romæ interfectis: inter tumultus: cædesq; inuasisset impium: ac mox creatum impatorem in gallia per germanicas legiones Vitelliū cōperisset: bellū ciuile molitus pmum leuibus pliis: hoc ē uno apud alpes: alio circa Placētiam: tertio circa locum: quē Castoris uocant: contra Vitellianos duces congressus uictor extitisset: quarto apud Bebryacū prœlio: cum animaduertisset suos uinci: mēse. iii. q̄ imperare cœperat sese interfecit. Vitellius uictor Romam uenit: ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret: icredibili etiā uoracitatis appetitu hūanā uitaꝫ pbris aggrauaret: postq̄ de Vespasiāo cōperit: primū deponere ē molit⁹ imperiū: postea a qbusdā animatus Sabinū Vespasiani fratrē nihil mali tunc suspicantē cū cæteris flauianis i Capitoliū cōpulit: succēsoq; tēplo: & mixta simul flāma ruinaq; oēs in unū pariter interitum ac tumultū dedit. Post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo destitutus: appropinquantibus iam hostibus trepidus: cum se in quandam cellulam proximam pallatio cōtrusisset: turpissime inde protractus: cū per uiam sacram nudus duceretur: passim cū ctis fimum in os ei⁹ coniectātib⁹ in forꝫ deductus. viii. q̄ regnum præsumpserat mense apud Gemonias scalas minutissimorꝫ ictuum crebris compunctionibus excarnificatus atq; inde unco tractus: & in Tyberim mersus etiam cōmuni caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis p complures dies a Vespasianis militibus aduersum senatū populumq; romanuꝫ indiscreta cæde sæuitum est. Anno ab urbe cōdita. dccc. xxv. breui illa qdē: sed turbida tyrānorꝫ tempestate discussa: trāquilla sub Vespasiāo duce serenitas rediit: nāq; ut paulo alti⁹ repetam: iudæi post passionem Xpi i totū destituti gratia dei cū oībus undiq; malis circūuenirent: qdam in Carmellū mōteꝫ seducti sortibus: quæ portenderent: exortos a Iudæa duces rerꝫ potituros fore: bellū ad se trahentes i rebellioneꝫ exarserūt. Extinctisq; romāis psidiis: legatū quoq; Syriæ suppetias ferentem: rapta aqla: & cæsis copiis fugauerunt. Ad hos Vespasian⁹ a Nerōe missus Titū filiū suū maiorē inter legatos habuit: nā multas & uarias legiōes secum in Syriam traiecit.

Hic dr̄ ubi Hierosolyma euersa ē a Vespasiāo & Tito iudæi capti uel iteriecti st̄. Ca. VI.

ITaq; cum iudæos multis eorꝫ oppidis captis i urbem Hierosolymorꝫ pcipue ob diem festum ɔgregatos obsidiōe clausisset: cognita Nerōis morte hortatu plurimorꝫ regum & ducuꝫ: maxīe Iosephi iudeorꝫ ducis sententia: qui captus cū in uincula coniiceret: cōstātissime dixerat: sicut Suetonius refert: cōtinuo se ab eodem sed imperatore soluendū: iperium adeptus est: relictoq; in castris ad procurationeꝫ obsidionis Hierosolymorꝫ filio Tito per Alexandriam pfectus est Romā. Sꝫ cognita iterfectione Vitellii: paulisp Alexādriæ substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione iudæos pmens machinis: cūctisq; bellicis molib⁹ nō sine suorum multo sanguīe tādē muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandā iteriorē templi munitionem: quā iclusaꝫ multitudo sacerdotū ac pncipū tuebat: maiore ui & mora op⁹ fuit: Quod tñ postq̄ i ptāteꝫ redactū ope & antiqtate suspexit: diu deliberauit: utrū tanq̄ icitamentuꝫ hostiū icenderet: an i testimoniū uictoriæ reseruaret: sed ecclesia dei iam p totum orbem uberrie germinante: hoc tanq̄ effœtum ac uacuuꝫ: nullique usui bono commoduꝫ arbitrio dei au

ferendū fuit. Itaq; Titus imperator ꝓnunciatus ab exercitu tēplū in Hierosolymis icē dit ac diruit: qđ a die cōditiōis prima usq; ad diē euersiōis ultimā manserat annis. M. cii. Muros urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. Iudæoꝝ eo bello interfecta Cornelius: & Suetonius referunt. Iosephus uero Iudæus qui ei tūc bello præfuit: & apđ Vespasianum propter pdictum imperium ueniā gratiāq; meruerat: scribit undecies cētena. M. Iudæoꝝ gladio & fame perisse: reliquias uero Iudæorum diuersis actas cōditiōibus toto orbe dispsas: quaꝝ numerus ad nonaginta. M. hominum fuisse narratur. Vespasianus aūt & Titus impatores magnificū agentes de Iudæis triūphum: urbem ingressi sunt. Pulchrum & ignotum ante cunctis mortalibus inter. ccc. xx. triumphos qui a conditione urbis usq; in id tps acti erant: hoc spectaculum fuit: patrem & filium uno triumphali curru uectos gloriosissimā ab his qui patrem & filium offenderant: uictoriā reportasse. Qui cōtinuo oībus bellis ac tumultibus domi forisq; compssis: pacē toti⁹ orbis ꝓnūciauerūt: & Ianū geminū obseratis cohiberi claustris: sextū demū ipsi post urbē cōditā censuerunt. Iure. n. idem honos ultioni passionis domini impēsus est: q etiam natiuitati fuerat attribut⁹. Tūc deinde sine ullis belloꝝ tumultibus in imēsum respu. hūana ꝓuehitur: siqdē Achaia: Lytia: Rhod⁹: Bizātiū: Samos: Thracia: Cilicia: Cōmagenæ: tūc pmū redactæ in ꝓuīcias: Romāis iudicibus: legibusq; paruerūt. Nono āt impii eius āno tres ciuitates Cypri terræmotu corruerūt: & Romæ magna pestilētia fuit. Vespasian⁹ aūt in uilla ꝓpria circa sabinos. ix. anno principatus sui profluuio uentris mortuus est. Anno ab urbe cōdita. dcccxxxiiii. Titus: segregatis a numero principū Othone & Vitellio: ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit. Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit: ut nullus omnino sanguinē in republica admīstranda fudisse referatur. Et tamē tunc Rome orto repēte incēdio plurimæ ædes publicæ cōcrematæ sunt abruptum tunc etiā Vesuuii montis uerticem magna ꝓfudisse incendia ferunt: torrentibusq; flāmarum uicina regionis cum urbibus hoībusq; delesse. Titus cum ingēti omnium luctu in eadem uilla qua pater eius morbo absumptus est.

Domitianus hic secundā persecutionem fecit in Xpianos. Cap. VII.

Anno ab urbe cōdita. dccc. xxxxv. Domitianus Titi frater ab Augusto nonus fratri successit in regnū. Qui p annos. xv. ad hoc paulatī per omnes scelerum gradus creuit: ut cōfirmatissimā toto orbe Christi ecclesiā: datis ubiq; crudelissimæ psecutiōis edictis cōuellere auderet. Is in tantā supbiam prolapsus fuit: ut dominum ac deū sese uocari: scribi: coliq; iusserit: nobilissimos e senatu: inuidiæ simul ac pdæ causa: alios palam interfecit: alios in exilium misit: ibiq; imperauit trucidari. Libidīs intēperantia quicquid cogitari potest: fecit: plurimas urbis ædes: destructis populi romāi: ꝓpriis rebus extruxit. Bellum aduersum Germanos & Dacos p legatos gessit pari reipu. pernicie: cū & in urbe ipse senatum populūq; laniaret: & foris malum circumactū exercitum assidua hostes cæde cōficerent: nam quanta fuerint Diurpanei Dacoꝝ regis cū Fusco duce prœlia: q̄tæq; romanorum clades longo textu euoluerē: nisi Corneli⁹ Tacitus: q hanc historiā diligētissime cōtexuit: de reticēdo interfectoꝝ numero: & Salustiū Crispū: & alios auctores q̄plurimos sanxisse: & seipsum qdem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamen prauissima elatus iactātia sub nomine supatoꝝ hostiū de extinctis legiōibus triūphauit. Ideq; efferatus supbia: qua se deum coli uellet: persecutionem in Xpianos agi secundus a Nerone imperauit. Quo tempore etiam beatissimus Ioannes apostolus in Pathmo insula fuit: Inter Iudæos quoq; acerbitate tormentoꝝ & cruētissimæ quæstiōis exqri gen⁹ Dauid: atq; interfici pceptum est: dum ꝓphætis sanctis & inuidet: & credit: quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid: q regnum posset adipisci.

Continuo tñ Domitian9 crudeliter in palatio a suis interfectus ē: cui9 cadauer populari sandapila per uespiliões exportatū atq; ignominiosissime sepultu3 ē. Anno ab urbe condita. dccc. xlvi. q̃uis Eutropi9. l. hunc eē annū scripserit: Nerua admodu3 senex a Petronio pfecto ptorio & Partheio spadōe iterfectoř Domitiāi impator. xii. ab Augusto creatus Traianu3 in regnū adoptauit: p quē reuera afflictæ reipu. diuīa puisio cōsuluit. Hic pmo edicto suo cunctos exules reuocauit: uñ & Ioānes apostol9 hac generali idulgētia liberat9 Ephesum rediit: emēsoq; āno impii sui: Nerua cōfectus morbo diem obiit.

Hic dicitur de Traiano. Cap. VIII.

ANno ab urbe ōdita. dccc. xlvii. Traian9 generē Hispanus. xiii. ab Augusto reip. gubernacula Nerua tradēte suscæpit: ac p ānos. xix. tenuit. Apud Agrippinā Galliæ urbem īsignia sumens imperii: mox Germaniā trās Rhenū in pstinu3 statum reduxit: trans Danubiū multas gentes subegit. Regiões autē trans Euphrate3 & Tigrim sitas prouīcias fecit. Seleuciā & Ctesiphontē & Babylonem occupauit. In persequendis Xpianis errore deceptus tertius a Nerone cum passim reptos cogi ad sarificandum idolis: ac detrectantes interfici pcepisset: plurimiq; interficerent: Plinii secundi q inter cæteros iudices persecutor datus erat: flatu admōit9: eos hoīes pter cōfessionē Christi hōestaq; couēticula: nihil cōtrariū romanis legibus facere: fiducia sane innocētis confessiōis nemini mortem grauē ac formidolosam uideri: rescriptis ilico leuioribus temperauit edictū. Verūtamen cōtinuo Romæ aurea domus a Nerone tot priuatis publicisq; rebus īpensis cōdita repētino cōflagrauit incēdio: ut intelligeret missa etiā ab alio psecutio in ipis potissime monumētis: a quo pmū exorta eēt: atq; in ipo auctore puniri. Terræmotu. iiii. urbes Asiæ subuersæ Helea: Myrma: Pythane: Cynie: & Græciæ ciuitates duæ Pynthorium & Orthorium. Tres Gallaciæ ciuitates eodē terræmotu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine cōcrematū. Terræmotus Antiochiam pene totā subruit ciuitatē Incredibili deinde motu sub uno tpe uideri: quasi rabie efferati per diuersas terrarū partes exarserūt: nā & p totā Lybiā aduersus incolas atrocissima bella gesserūt: Quæ adeo tūc iterfectis cultorib9 desolata ē: ut nisi postea Hadrian9 impator collectas illuc aliūde colonias deduxisset: uacua pēitus terra abraso habitatore māsisset. Aegyptū uero tota3 & Cyrenē & Thebaidā cruētis seditiōib9 turbauerūt. In Alexādria aūt cōmisso plio uicti & attriti sunt. In Mesopotāmia quoq; rebellātib9 iussu impatoris bellū illatū ē. Itaq; multa. M. eorū uasta cæde deleta sunt. Sane Salaminā urbē Cypri: iterfectis oīb9 accolis deleuerunt. Traian9: ut qdā ferunt: apd Seleuciā Isauriæ urbē pfluuio uentris extinctus ē. Anno ab urbe cōdita. dccclxvii. Adrianus cōsobrinæ Traiāi filius. xiiii. ab Augusto pncipatū adept9 uno &. xx. ānis impauit. Hic p Quadratū discipulum apostolorū & Aristidem Atheniensem uirum fide & sapientia plenum: & per Serenum Granium legatū libris de crastina religiōe cōpositis instructus atq; eruditus pcepit per epistolam ad Minutium Fundanium pconsulem Asiæ datā: ut nemini liceret christianos sine obiectu criminis: aut pbatiōe dānare. Idē quoq; cōtinuo pater patriæ in senatu ultra morē maiorum appellat: & uxor eius Augusta. Hadrianus rēpublicā iustissimis legi bus ordinauit: bellum cōtra Sauromatas gessit: & uicit. Iudæos sane perturbatiōe scelerū suorū exagitatos: & palestinā prouinciam quōda3 suam depopulantes ultima cæde pdomuit: ultusq; est Xpianos: quos illi Cotheba duce: q sibi aduersus Romāos non assentarent excruciabant. Præcepitq; ne cui Iudæo introeundi in Hierosolyma3 esset licentia: Xpianis tantum ciuitate permissa: quam ipse in optimum statum murorum extructione reparauit: & Aeliam uocari de prænomine suo præcepit.

Quartam hic persecutionem Xpianorum ab Antonio facta3 refert. Cap. IX.

ANno ab urbe condita. dccclxxxix. Antonius cognomento Pius. xiii. ab Augu
sto imperator creat⁹ cũ liberis suis Aurelio & Lucio. xx. & nõ plenis tribus an
nis rempublicã gubernauit: adeo trãquille & sancte: ut merito pi⁹: & pater pa
triæ nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus Heresiarches: & Credo ma
gister Martionis Romam uenerunt. Verum Iustinus philosophus librum pro Chri
stiana religione compositum Antonio tradidit: benignumque eum erga Christianos
homines fecit. Antonius ad duodecimum ab urbe lapidem morbo correptus interiit.
Anno ab urbe cõdita. dcccccxi. Marcus Antonius Verus. xiiii. ab Augusto regnum cũ
Aurelio Commodo fratre suscæpit: mansitq; in eo annis. xiiii. Hi primi Rempublicam
æquo iure tutati sunt: bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute & felicitate ges
serunt. Annius Antonius Verus ad id bellum profectus est. Vologessus enim rex Par
thorum graui eruptione Armeniam & Cappadociam: Syriamque uastabat. Sed An
tonius p strenuissimos duces magnis rebus gestis Seleuciã Assyriæ urbẽ sup ydaspem
fluuiũ sitã cũ. cccc. M. hominum cæpit: & cũ fratre de uictoria parthica triũphauit: ac
nõ multo post dũ cũ frẽ in uehiculo sederet: casu morbi quẽ apoplexiã græci uocãt: suf
focatus iteriit: Quo defuncto Marcus Antoni⁹ solus reipublicæ pfuit: sʒ in dieb⁹ par
thici belli psecutiões Xpianoꝝ. iiii. iã post Neronẽ uice i Asia & in gallia graues pcepto
eius extiterũt: multiq; scõꝝ martyrio coronati sunt. Secuta ẽ lues plurimis ifusa puin
ciis: totãq; Italiã pestilẽtia tanta uastauit: ut passim uillæ agri atq; oppida sine cultore at
q; habitatore deserta in ruinas siluasq; cõcesserint. Exercitus uero romanoꝝ: cunctasq;
legiões p lõginqua late hyberna dispoitas ita ɔsũptas ferũt: ut marcomãnicũ bellũ: qđ
cõtinuo exortũ ẽ: nõ nisi nouo delectu militũ: quẽ triẽnio iugiter apđ Carmotũ Marc⁹
Antoni⁹ habuit: gestũ fuisse referat. Hoc qdẽ bellũ prouidẽtia dei admĩstratũ eẽ cũ plu
rimis argumẽtis: tũ pcipue epistola grauissimi ac modestissimi impatoris aptissime de
claratũ est: nã cũ insurrexissent gẽtes imãitate barbaræ: multitudĩe innũerabiles: hoc ẽ
Marcomanni: Qualli: Vuãdali: Sarmatæ: Sueui: atq; oĩs pene Germãia: & i Qualloꝝ
usq; fines pgressus exercit⁹: circũuẽtusq; ab hostibus pp aquaꝝ penuriã: potius sitis q̃
hostis piculum sustineret ad inuocationẽ nõis Christi quã subito magna fidei cõstãtia
qdã milites effusi in pces palã fecerant: tanta uis pluuiæ effusa ẽ: ut Romanos qdem lar
gissime ac sine iiuria refecerit: barbaros aũt crebris fulminũ ictibus pterritos: pserti cũ
plurimi eoꝝ occiderent: i fugam coegerit. Quoꝝ terga Romani usq; ad internitionẽ
cædentes gloriosissimã uictoriã: & oĩb⁹ pene antiquoꝝ titulis pferẽdam rudi puoq; mi
litum nũero: sed potẽtissimo Xpi auxilio reportarunt. Extare ẽt apđ plerosq; dicunt lit
teræ impatoris Antõii: ubi iuocatõe nõis Xpi p milites christianos & siti illam expulsã
& collatã fatet fuisse uictoriã. Ideq; Antoni⁹ Cõmodum filiũ suũ assumpsit in regnũ: p
teriti ẽt tpis p oẽs puĩcias tributa donauit: oĩaq; simul fiscaliũ negocioꝝ calũniosa monu
menta congesta in foro iussit incẽdi: seueriusq; leges nouis constitutiõibus temperauit
Postremo in Panonia constitutus repentino morbo diem obiit.

Hic dicitur de flagitiis & malis quæ gessit Commodus. Cap. X.

ANno ab urbe cõdita. dcccc. xxx. Luci⁹ Antonius Cõmodus. xv. ab Augusto
patri successit in regnũ: mãsitq; in eo ãnis. xiii. & aduersus germãos bellum fe
liciter gessit. Cæteꝝ per oĩa luxuriæ & obscœnitatis dedecore deprauat⁹ gla
diatoriis quoq; armis sæpissime in ludo depugnauit: & in amphitheatro feris sese obie
cit frequenter: interfecit etiã q̃plurimos senatores: maxime quos animaduertit nobilita
te industriaque excellere. Flagitia regis pœna urbis insequitur: nam fulmine Capito
lium ictum: ex quo facta inflammatio Bibliothecam illam maiorum cura: studioque

compositam:ædesq; alias iuxta sitas rapaci turbine cõcremauit. Deinde aliud incẽdium
postea Romæ exortum:ædem Vestæ & pallatium:plurimamque urbis partẽ solo coæ
quauit. Commodus cunctis incõmodus in domo Vestiliani strangulatus interiisse fer
tur:hostis generis humani etiam uiuus iudicatus. Post hunc a senatu creatus est senex
Aelius pertinax.xvi.ab Augusto qui.vi.mense q̃ regnare cœperat:Iuliãi iurisperiti sce/
lere in pallatio occisus est. Iulianus interfecto Pertinace inuasit imperium.vi.mox a Se
uero apud pontem Miluium bello ciuili uictus & interfectus est mense.vii.postq̃ cœpe
rat imperare. Ita in Pertinacem & Iulianum unus annus consumptus est.

Quintam persecutionem hic dicit a Seuero factam. Cap.XI.

ANno ab urbe cõdita.dcccc.xliiii. Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppi
do Lepti:qui se ex nomine impatoris quẽ occisum ultus fuerat:Pertinacez ap
pellari uoluit.xvii.ab Augusto destitutũ adept9 impiũ.x.&.vi.ãnis tẽuit. Hic
ñatura sæuus multis sæpe bellis lacessitus fortissime qdẽ rẽpublicã: sz laboriosissime re/
xit. Pescẽniũ nigꝝ:q ab Aegypto & Syria ad tyrãnidẽ aspirauerat:apud Cyzicuz uicit
& interfecit. Iudæos & Samaritas rebellare conãtes ferro cõpescuit. Parthos & Arabas
Adiabenosq; supauit. Quinta post Neronẽ pſecutiõe Xp̃ianos excruciauit:plurimiq;
scõrũ p diuersas puincias martyrio coronati sunt. Hãc pphanã in Xp̃ianos & ecclesiam
dei præsumptionem Seueri cœlestis ultio e uestigio acta subsequit:nam cõtinuo rapi
tur:uel poti9 retrahit in Galliã Seuerus e Syria ad tertiũ ciuile bellũ. Iã.n.unũ Romæ
aduersuz Iulianũ:aliud in Syria cõtra Pescẽniũ gesserat:tertiũ Dodius albin9 Iuliãi i oc
cidẽdo Pertinace socius:q se in gallia Cæsarẽ fecerat:suscitabat:cuius bello multũ utrin
q; romãi sanguinis fusum ẽ. Albinus tamẽ apud Lugdunũ pressus & interfectus ẽ. Se
uerus uictor i Britãniã defectu pene oĩuz socioꝝ trahit:ubi magnis grauibusq; p̃liis sæ
pe gestis recæptã ptẽ insulæ a cæteris indomitis gẽtibus uallo distinguendã putauit. Ita
q; magnã fossam firmissimũq; uallũ crebris insup turribus cõmunituz p.cxxxii.M.pas
suum a mari ad mare duxit. Ibiq; apud Eboracũ oppiduz morbo obiit:relinquẽs duos
filios Bassianũ & Getã. Quoꝝ geta hostis public9 iudicatus iteriit. Bassianus uero An
tonii cognoĩe assumpto regno potitus ẽ. Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxvii. Aureli9 An
tonius Bassianus:idẽq; Caracalla.xviii.ab Augusto p̃ncipatũ adeptus ẽ:mãsitq; i eo an
nis nõ plenis septẽ. Vixit uero p̃re aspior:oĩbus libidĩe intẽperãtior:q ẽt nouercã suã Iu
liam uxorẽ duxerit. Hic cõtra Parthos bellũ moliẽs iter Edessaz & Caras ab hostib9 cir
cũuentus occisus est. Post hũc.xviii.ab Augusto Ophilus Macrinus:q p̃fectus p̃torio
erat cũ filio Diadumeno iuasit impium:sed emẽso ãno cõtinuo apud Archelaidem mili
tari tumultu occisus ẽ. Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxx. Marcus Aurelius Antonius.xx
ab Augusto impiũ adeptus tenuit ãnis.iiii. Hic sacerdos Heliogaballi tẽpli nullã sui nisi
stuproꝝ & flagitioꝝ totiusq; obscœnitatis infamẽ satis mẽoriã reliqt. Tumultu ãt mili
tari exorto Romæ cũ mr̃e interfectus est. Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxxiiii. Aurelius
Alexãder.xxi.ab Augusto senatus ac militũ uoluntate impator creatus.xiii.ãnis dign9
eqtatus p̃conio fuit. Cuius mr̃ Mamea Xp̃iana Origenez p̃sbyteꝝ audire curauit: naz
stati expeditiõe in Persas facta Xerxem regem eoꝝ maxĩo bello uictor oppressit. Vlpia
no usus assessore summã sui moderationez Reipublicæ exhibuit:sed militari tumultu
apud Magontiacum interfectus est.

De sexta persecutione a Maximino facta. Cap.XII.

ANno ab urbe cõdita.dcccc.lxxxvii. Maximinus.xxii.ab Augusto nulla sena//
tus uolũtate impator ab exercitu postq̃ bellũ in Germãia p̃spere gesserat crea
tus pſecutionẽ i Christiãos sext9 a Nerõe exercuit. Sed cõtinuo:hoc ẽ tertio q̃

regnabant ãno a Pupieno Aquileiæ interfectus: & ꝑsecutionis & uitæ finez fecit. Qui maxie ꝓpter Xp̄ianã Alexãdri: cui successerat: & Mameæ matris eius familiã: ꝑsecutionem in sacerdotes & clericos. i. doctores: uel p̄cipue ꝓpter Origenem p̄sbyteꝝ miserat. Anno ab urbe cõdita. dcccc. lxxxxi. Gordianus uigesimustertius ab Augusto impator creatus ẽ: mansitq; in eo annis septem: nam Pupienus interfector Maximini: & frater eius Albinus: qui usurpauerat imperium: in pallatio mox interfecti sunt. Gordianꝰ admoduz puer in orientẽ ad bellũ parthicũ profectus: sicut Eutropius scribit: Iani portas aperuit: quas utrũ post Vespasianũ & Titũ aliqs clauserit: neminẽ sctipsisse memini: cũ tamen eas ab ipso Vespasiano post annũ aptas Cornelius Tacitus probet. Igitur Gordianus ingẽtibus prœliis aduersum parthos ꝓspere gestis: suorum fraude haud longe a Cyrceso super Euphratem interfectus est.

Primum hic Philippus cũ filio suo ambo christiani facti sunt. Capi. XIII.

ANno ab urbe cõdita. dccccl xxxxvii. Philippus: xxiiii. ab Augusto impator creatus Philippũ filiũ suũ cõsortẽ regni fecit: mãsitq; ĩ eo ãnnis. vii. Hic p̄mꝰ imperatoꝝ oĩum xp̄ianus fuit: ac post tertiũ impii eius annũ. M. a cõditione Romæ annus impletus ẽ. Ita ludis magnificis augustissimus oĩum præteritorũ hic natalis annus a Xp̄iano impatore celebratus est. Nec dubium ẽ qn Philippus huiꝰ tãtæ deuotionis gratiã & honorẽ ad Xp̄m & ad ecclesiã reportarit: quãdo uel ascensum fuisse ab eo Capitolium: ĩmolatasq; ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen: q̄uis diuersis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

De septima persecutione facta a Decio. Cap. XIIII.

ANno ab urbe cõdita. M. iiii. Decius ciuilis belli incẽtor & rep̄ssor: occisis Philippis. xxv. ab Augusto ĩuasit impiũ: tenuitq; ãnis tribꝰ. Idẽ cõtinuo in quo se ẽt ob hoc Philippos interfecisse docuit: ad ꝑsequẽdos ĩterficiẽdosq; Xp̄ianos. vii. post Neronẽ feralia dispersit edicta: plurimosq; scõrũ ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. Ideq; filiũ suũ Cæsarẽ legit: cum quo simul continuo in medio barbaroruz sinu interfectus ẽ: Anno ab urbe condita. M. vii. Gallus Hostilianus. xxvi. ab Augusto regnum adeptꝰ uix duobus annis cũ Volusião filio obtinuit. Exoritur ultio uiolati nominis Xp̄iani: & quatenꝰ ad ꝓfligandas ecclesias edicta Decii cucurrerunt: eatenꝰ incredibiliũ morboꝝ pestis extendit: nam nulla fere prouincia Romana: nulla ciuitas: nulla domus fuit: quæ nõ illa generali pestilentia correpta atq; uastata sit. Hac sola p̄nicie insignes Gallus & Volusianus: dũ contra Aemilianũ nouis rebus studentẽ bellũ ciuile moliunt: occisi sunt. Aemilianꝰ tamẽ tertio mẽse inuasæ tyrãnidis extinctus est. Anno ab urbe cõdita. M. x. duo impatores. xxvii. post Augustũ loco creati sunt. Valerianꝰ ĩ Rhetia ab exercitu Augustꝰ est appellatꝰ. Romæ aũt a senatu Galenꝰ in regno ĩfeliciter annis. xv. sublĩatꝰ respirãte paulisp ab illa supra solitũ: iugi & graui pestilẽtia: hũano generi ꝓuocat pœna suã obliuiosa malitia. Impietas. n. flagella qdẽ excruciata sentit: sed a quo flagellat: obdurata nõ sentit. Et ut de supioribꝰ taceã: facta a Decio Xp̄ianoꝝ ꝑsecutiõe totũ romanũ impiũ pestilẽtia magna uexauit. Mẽtita ẽ iniqtas sibi: prauo in p̄niciẽ suaz circũuẽta iudicio: pestilẽtiã cõis casus eẽ: accidẽteq; ex morbis: mortẽ naturæ finẽ eẽ non pœnã. Rursꝰ igit atq; ĩ breui irã dei sceleratis actiõibus ꝓuocat: excæpturus plagã: cuiꝰ aliqñ meminisse cogat.

De octaua ꝑsecutiõe facta a Valeriano. Capi. XV.

u

Alerianus siqdẽ mox: ut arripuit imperium: octaua sane Romæ persecutione adigi per tormenta Christianos ad idolatriam: abnegantesque interfici iussit: fuso per omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine. Valerianꝰ ilico nefarii anctor edicti a Sapore Persarum rege captus impator populi Romãi igno-

miniosissima apud Persas seruitute cōsenuit:hanc infamis officii:cōtinuā:donec uixit:
damnationē sortitus:ut ipē accliuis humi regem sēper ascensurꝫ in equū nō manu sua:
sed dorso attolleret. Et Galenus qdem tam claro dei iudicio territ⁹ tāqꝫ misero collegæ
pmotus exemplo:pacem ecclesiis trepida satisfactiōe restituit. Sed nō cōpensat iniuriæ
ultionisqꝫ mēsuram unius impii: q̄uis perpetua & supra modum abominanda captiui/
tas contra tot. M. excruciata scōꝝ:iustorūqꝫ sanguis ad deū clamans:in eadem sese ter/
ra ubi fusus est uindicari rogat. Non enim de solo cōstitutore præcepti iusto suppliciū
iudicio flagitabat:sed etiā executores:delatores:accusatores:spectatores:ac iudices: po/
stremo qui iniustissimæ crudelitati uel tacita uolūtate assentiebātur:qa deus secretoruꝫ
cognitor est:& quoꝝ maxima p omnes puincias pars hominum uersabatur:eadē ulti/
onis plaga corripi iustū erat. Soluuntur repēte undiqꝫ pmissu dei ad hoc circūpositæ re
lictæqꝫ gētes:laxatisqꝫ habenis in omnes Romanorū fines inuehunt. Germani alpibus
Rhetia totaqꝫ Italia penetratis Rauēnam usqꝫ pueniūt. Alemani Gallias puagātes etiā
ī Italiā transeunt. Græcia Macedonia Pontus & Asia Gothoꝝ inundatione deletur: nā
Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pānonias depo/
pulātur. Germāi ulteriores abrasa potiunt Hispania. Parthi Mesopotāmiā auferūt:Sy
riāqꝫ corradūt. Extāt adhuc p diuersas prouīcias ī Magnaꝝ urbiū ruinis paruæ & pau
peres ædes:signa miseriaꝝ:& nominū īdicia seruantes:ex quibus nos quoqꝫ ī Hispania
Taraconem nostram cōsolationem miseriæ recentis ostendimus. Et ne quid forte ro/
mani corporis ab hac dilaceratione cessaret:cōspirant intrinsecus tyrāni: cōsurgūt bella
ciuilia:funditur ubiqꝫ plurimus sanguis Romanoꝝ:Romanis barbarisqꝫ sæuientibus
sed cito ira dei ī misericordiam uertitur:& cœptæ ultionis maior forma q̄ pœna in men
suram plenitudinis reputatur. Igitur primus Genuus:qui purpuram impii sumpserat:
apud Myrsam occidiit. Posthumius in Gallia inuasit tyrānidem:multo quidem reipu
blicæ cōmodo:nam p decem annos ingenti uirtute ac moderatione usus:& dominātes
hostes expulit:& pditas prouincias ī pristinā faciē reformauit:seditione tamē militum
interfectus est. Aemilianus apud Maguntiam:cū res nouas moliret oppress⁹ est. Post
mortem Posthumii Marius ibidem īuasit impium:sed cōtinuo interfectus est. Deinde
Victorinus a Gallis ultro creatus: post paululū occisus ē. Huic successit Tetricus:q tūc
aquitaniæ præsidat⁹ ministrabat officiū:multasqꝫ seditiōes militū ptulit. At uero ī oriē
te per Odenatum quedā collecta agresti manu :uicti repulsiqꝫ Persæ:defensa Syria:re/
cæpta Mesopotāmia est:& usqꝫ ad Ctesiphōtem rusticani Syriæ cum Odenato uīcēdo
uenerunt. Galenus autem cum rempublicā deseruisset:ac Mediolani libidinibus īserui
ret:occisus est. Anno ab urbe cōdita. M. xxv. Claudius. xxviii. uoluntate senatus sum/
psit īperiū: statimqꝫ Gothos iā p ānos. xv. Illyricum Macedoniāqꝫ uastātes bello ador/
tus:īcredibili strage deleuit:cui a senatu clypeus aureus in curia : & in Capitolio statua
æque aurea decreta est:sed continuo apud Syrmiū prius q̄ īpiū expleret :morbo corre/
pt⁹ iteriit. Claudio mortuo Quitilli⁹ fr̄ eius ab exercitu impator electus:uir qdē mode
ratiōis unicæ:& solus fratri præferēdus. xvii. ipii die īterfectus est. Anno ab urbe cōdita
M. xxvii. Aurelianus. xxix. ipiū adeptus qnqꝫ ānis &. vi. mēsibus tenuit:uir īdustria mi
litari excellētissimus. Expeditiōe ī Danubiū suscæpta Gothos magnis pliis strauit:ditio
neqꝫ Romanā antiqs terminis statuit. Inde in orientem cōuersus Zenobiā:quæ occiso
Odenato marito suo Syriā recæptā sibi uēdicabat:prœlii magis terror q̄ prœlio ī ptātē
redegit. Tertiū ī Gallia minime sufficiētē sustiner seditiōes militū suoꝝ:scribēteqꝫ ēt:me
eripe his inuicte malis:ac p hoc proditorē exercitus sui sine labor supauit. Sic oriētis &
aquilonis receptor magna gloria triumphauit:urbē Romam muris firmoribus cixit.

De.ix.persecutione per Aurelianum in christianos facta. Cap.XVI.

NOuissime cũ psecutionẽ aduersũ christianos agi.ix.a Herõe decerneret:fulmẽ ante eũ magno pauore circũstãtium ruit:ac nõ multo post in itinere occisus ẽ. Anno ab urbe cõdita.M.xxxii.Tacitus.xxx.adeptus impiũ sexto mẽse occisus in Põto ẽ.Post quẽ Florianus partẽ regni ĩ sorte ferẽs:tertio demũ mẽse apđ Tharsum ĩterfectus ẽ.Anno ab urbe cõdita.M.xxxiii.Probus.xxxi.regnum sortitus obtinuit annis.vi.& mẽsibus.iiii.Gallias iã dudum a barbaris occupatas p multa & grauia prœlia deletis tãdẽ hostibus ad pfectum liberauit.Bella deinde ciuilia equidez plurimo sanguine duo gessit:unum ĩ oriente:quo Saturninum tyrãnide subnixuz oppressit & cæpit:aliud:quo Proculuz & Bonosum apđ Agrippinã magnis prœliis superatos ĩter fecit.Ipse apđ Syrmium ĩ turre ferrata militari tumultu ĩterfectus ẽ.Anno ab urbe cõdita.M.xxxix.Carus Narbonensis.xxxii.suscæpit impiũ:ac biennio tenuit.Qui cũ filios suos carinũ & numerianũ cõsortes regni efficeret bello parthico:postq̃ duas nobilissimas parthoꝝ urbes Cothẽ & ctesiphontem cepit:sup tigridem ĩ castris fulmine ictus interiit.Numerianus:q cum patre fuerat rediens fraude Apri soceri sui interfectus est. Anno ab urbe cõdita.M.xli.Dioclitianus.xxxiii.ab exercitu ĩpator electus annis uigiti fuit.Statimq̧ ut potestatis copiã habuit:Apꝝ interfectorem numeriani manu sua interfecit.Carinum deinde:quem charus Cæsarem in delmatia reliquerat:flagitiose uiuẽtem:difficillimo bello & maximo labore superauit.Dehinc cum in gallia amandus & Aeliandus collecta rusticanoꝝ manu:quos Vacaudas uocabãt:pnitiosos tumultus excitauissẽt:Maximianũ cognomẽto Herculiũ cæsarẽ fecit:misitq̧ ĩ gallias:qui facile agrestiũ hoiũm ĩperitã & cõfusã manũ militari uirtute cõpescuit.Deĩde carausius qđã genere qđẽ ĩfimus:sed cõsilio & manu pmptus:cũ ad obseruãda oceani littora:quæ tũc franci & Saxones ĩfestabant positus:plus ĩ pniciẽ:q̃ ĩ puentũ reipublicæ ageret:ereptã prædonibus prædã nulla ex parte restituẽdo dominis:sed sibi soli uẽdicãdo accẽdẽs suspitionẽ:quia ipsos quoq̧ hostes ad incursandos fines artificis negligẽtia pmitteret:quãobrẽ ẽ a maximiano iussus occidi:purpurã sumpsit:ac britannias occupauit.Igitur p omnes romãi ĩperii fines subitaꝝ turbationũ fragores cõcrepuerũt.Carausio rebellãte ĩ britãnia:Achilleo in ægypto:cum & aphricã Quinquegentiani infestarent:Narseus etiam rex persarum orientem bello premeret.Hoc periculo itaq̧ Dioclitianus pmotus maximianũ Herculium ex cæsare fecit Augustum.Constantium uero & maximianum Galerium Cæsares legit.Constantius Herculii maximiani priuignam Theodorã accæpit uxorẽ:ex qua sex filios fratres Constãtini sustulit.Carausius Britãnia sibi per.vii.annos fortissime uendicata ac retenta:tandem fraude Allecti socii sui interfectus est.Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit:quem Asclepiodorus præfectus prætorio oppressit:Britanniamque post decem annos recæpit. Constantius uero Cæsar in gallia primo prœlio ab Alemannis profligato exercitu suo uix ipse surreptus est:secundo autem secuta est satis secunda uictoria:nam paucis horis.lx.M.alemãnorum cæsa referũtur.At Maximianus augustus Quinquagẽtianos in Africa perdomuit.Porro autem dioclitianus achilleum obsessum p octo mẽses apud Alexandriam cæpit & interfecit. Sed ĩmoderata uictoria usus Alexandriam direptioni dedit. Aegyptum totam pscriptionibus & cædibus fœdauit.Præterea Galerius Maximianus cũ duobus iam prœliis aduersum Narseũ cõflixissẽt:tertio inter Gallienicũ & Caras cõgressus & uictus amissis copiis ad Dioclitianum refugit.A quo arrogãtissime excæptꝰ est:ita ut per aliquot.M.passuum purpuratus ante uehiculum eius cucurrisse referat Verũtamẽ hac contumelia quasi cote usus est ad uirtutem:per quẽ detrita regii fastus

rubigine:aciem mentis expediit. Itaq; mox per Illiricum & Mœsiam undiq; copias con
traxit:raptimq; in hostem reuersus Narseum magnis cõsiliis ac uiribus superauit. Exti
ctisq; Persarum copiis:ipsoq; Narseo in fugam acto:castra eius inuasit:uxores:sorores:
liberosq; cœpit:immēsã uim gazæ Persicæ diripuit:captiuos q̃plurimos Persaꝝ nobi
lium abduxit. Reuersus in Mesopotãmiã a Diocltiano plurio honore suscæptus ē. Po
stea p eosdē duces strenue aduersus Carpos Basternasq; pugnatũ ē. Sarmatas deide ui
cerũt:quoꝝ copiosissimã captiuã multitudinē p Romanoꝝ finiũ dispersérũt præsidia.

Dioclitiani persecutio.x.loco post Neronem refertur. Cap.XVII.

INterea Dioclitianus in oriente: Maximianus Herculius in occidente uastari
ecclesias: affligi interficiq; christianos decimo post Neronem loco præcepe-
runt: quæ persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atq; ĩmanior fuit:nã
per decem annos incendiis ecclesiarum:proscriptionibus innocentiũ:cædibus martyꝝ
incessabiliter acta est. Sequit̃ terræmotus in Syria:ex quo apud Tyrum & Sidonē pas-
sim labentibus tectis:multa.M.hominum prostrata sunt. Secundo persecutiōis anno
Dioclitianus ab inuito exegit Maximiano:ut simul purpurã ĩperiũq; deponerent:ac iu
nioribus in rempublicã substitutis ipsi i priuato ocio consenescerent. Itaq; sub una die
Dioclitianus apud Nicomediam: Maximianus apud Mediolanum potestatem imperii
simul cultumq; posuerunt. Galerius & Cõstantius augusti primũ Romanũ imperiuȝ
in duas partes determinauerunt. Galerius Maximianus Illyricum Asyaȝ & orientem.
Constantius Italiam Aphricam & Gallias obtinuit. Sed Cõstantius uir trãquillissim9
Gallia tantum Hispaniaq; contentus Gallerio in cæteris partibus cessit. Galerius duos
Cæsares legit: Maximum:quem in oriente constituit:& Seueꝝ:cui permisit Italiã:ipse
in Illirico constitutus. Constantius uero Augustus summæ mãsuetudinis & ciuilitatis
in Britannia mortem obiit:q Constantinum filium ex concubina Helena creatũ impe
ratorem Galliaꝝ reliquit. Anno ab urbe condita. M.lxi. Cõstantinus.xxxiiii. guberna
cula imperii a Constantio patre suscæpit:quæ uno &.xxx. annis felicissime tenuit. Oc
curritur mihi subito & tripudiis quibusdaȝ insultatur. Eia inquiũt:tandē in foueas no
stras diu expectate uenisti:hic te decursurum opperiebamur: hic delapsum opprimi-
mus:hic confusum tenemus. Sustinuimus te hactenus artificiose quodaȝ modo & cal
lide fortuitas temporum mutationes christianorum ultionibus coaptantem. Interdũ
quidem uerisimilium specie permoti:utpote homines ignari diuinorum secretorun ti-
more palluimus:sed nũc euacuauit Maximianus noster omnem scœnam fabulæ tuæ:
nostræque religionis antiquatæ columna inexpugnabilis fulsit. Per annos decem euer
sæ sunt ecclesiæ urꝫæ:ut tu fateris:dilacerati cruciatibus: exinaniti mortibus:toto orbe
christiani. Tenemus euidens testimonium tuum: nullam superiorem persecutionem
adeo uel grauem uel diuturnam fuisse. Et tamen ecce inter tranquillissima tempoꝝ bo
na ipsorũ quoq; imperatorũ:qui ista fecerũt inusitata felicitas:nulla domi fames: nulla
pestilentia:nullũ foris bellũ nisi uolũtariũ:quo exerceri uires non periclitari queãt. Res
præterea humano generi hucusq; incognita:multorũ simul regũ patiēs cõsortiũ:& ma
gna cõcordia:potestasq; cõmunis:alias nunq̃ nisi nũc in cõmune prospiciēs. Deide etiã
quod absq; ulla hactenus mortaliũ noticia ē:imperatores illi maximi quippe & persecu
tores:honore deposito & assũpta qete priuati:quod beatissimũ homines & sũmuȝ bo-
num uitæ bonæ iudicãt:& hoc tũc uelut præmii loco auctores persecutiōis adepti sũt:
quãdo accensa persecutio medio sui tēpore toto orbe sæuiebat. An etiam hanc beatitu-
dinē illis temporibus pœnaliter accidisse asseris:& nos hinc quoq; terrere moliris:qbus
humiliter respōderi:me plurima cura pietatis accinctũ cõmonere de ueris:nõ terrerī de

falsis. Decē persecutiões a Nerone usq; ad Maximianū ecclesia christi passa ē. Nouez ut ego dixi ultiones: ut ipsi non negant calamitates e uestigiis cōsecutæ sunt: nec in uerbo premor: uerum debitæ ultiones: an fortuitæ permutatiões fuisse uideātur: quæ tñ meo suoq; testimonio clades fuerūt. In decima hæsitatū putāt miseri & cæci nō uidētes tanto eā ipsis fuisse grauiorē: quanto minus intellecta ē. Impius enim flagellatur: & nō sentit: quod cū expositū fuerit: inuiti licet propter ipsam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianæ persecutionis maxima punitione ista sunt uulnera: quibus etiam nunc isti dolent & intantum dolent: ut etiā clamēt: nosq; ad reclamādum lacessāt sollicitos fieri: qualiter conticescā. In primo libello expositū a nobis ē: Pōpeium Trogū & Cornelium Tacitum cōmemorasse nō plene quidem: nostrum uero Moysen etiam ipsorū testimonio fidelem fideliter sufficienterq; dixisse. Aegyptios & regem eorum cū populū dei seruire intentū & paratū deo suo impediendæ deuotiōis instinctu: ad lutū paleasq; reuocarēt. x. acerbissimis plagis fuisse uexatos. Deinde uiolentia malorū edomitos nō solū coegisse festinantem: sed etiā propriis suis argenteis & aureis uasis accumulauisse. Post uero oblitos plagæ suæ & cupidos prædæ indebitæ: inuidos etiam religionis alienæ dū innocētes auide persequūtur: mari rubro ultimo recæptos oēs fūditus interisse. Quod ego nunc refero ac renuncio: & si forte fide non accæptatū: exitu tamen probādū: quia hæc in figuram nostri facta sunt.

Hic dicit q; popul9 dei cū i Aegypto affligit: decē plagis pcussa ē Aegyptus: & popul9 christianus dū. x. psecutiōib9 romanis affligit. x. plagas accæperūt. Cap. XVIII.

Uterq; populus unius dei est: una populi utriusq; causa. Subdita fuit Israelitaꝝ synagoga Aegyptiis. Subdita ē christianorum ecclesia Romāis. Persecuti sūt Aegyptii hebræos. Persecuti sunt Romani christianos. Decez ibi cōtradictiones aduers9 Moysen. Hic decem edicta aduersus Christū. Diuersæ ibi plagæ Aegyptiorū. Diuersæ hic calamitates romanorū: nam ut etiā īter ipsas se plagas inquantū tamē figura formæ cōparari potest cōferā: ibi prima habuit correptio sanguinē uulgo uel manasse de puteis uel in fluminibus cucurrisse. Hic pria sub Nerone exegit plaga: ut ubiq; morientiū sāguis uel morbis i urbe correptus: uel bellis i orbe profusus eēt. Ibi sequēs plaga prodidit perstrepentes: persultantesq; in penetralibus ranas inediæ propemodū causam habitatoribus atq; exilii fuisse. Hic sequens sub Domitiano pœna similiter ostēdit satellitū militūq; eius improbis effrenatisq; discursibus cruētissimi iussa pricipis exequētiū ad inopiā per omnes ciues romanos adactos exilioq; dispersos. Ibi tertia uexatio habuit scinifices musculas scilicet paruissimas ac sæuissimas: quæ mediis sæpe æstibus per loca squalida se coadunando & uibrando densatæ: nōnullo uolatu allabi solent: capillisq; hominū ac pecudū setis cum urente morsu īterseri. Hic itidē tertia sub Traiano plaga Iudæos excitauit: qui cum antea ubiq; dispersi: ita iam quasi non essent: qescerent: repentino omnes calor permoti in ipsos: inter quos erant: toto orbe sæuierunt absq; magnis multaꝝ urbium ruinis: quas crebri terræmotus iisdem temporib9 subruerūt. Ibi i quarta plaga muscæ caninæ fuerunt: reuera alūnæ putredinis: uermiūq; matres. Hic itidem quarta sub Marco Antonio plaga lues plurimis infusa ꝓuinciis Italiā quoq; cuz urbe Roma uniuersa exercitūq; Romanū ꝑlonginquos limites & diuersa hyberna dispersum i mortē dissolutum putredini simul ac uermibus dedit. Ibi quīta correptio pecoꝝ ac iumētorum repentino iterit expleta est. Hic similiter quinta ultione sub persecutore Seuero creberrimis ciuilibus bellis ꝓpria uiscera & adiumenta reipublicæ: hoc est plæbs ꝓuinciaꝝ & legiones militum cōminutæ sunt. Ibi sexta uexatio intulit uesicas efferuescentes ulceraq; manantia. Hic æque sexta punitio: quæ post Maximini psecutio

nem fuit:q specialiter episcopos clericos omissa turba populari:hoc est ecclesiarum primates trucidari iperauerat:itumescens crebro ira atq; iuidia nō p uulgi cædem:sed per uulnera mortesq; pricipum ac potentiū exaltata est. Ibi septima plaga numeratur coacto aere grando pfusa:quæ hominibus iumentisq; ac satis exitio fuit. Hic similiter. vii. plaga sub Gallo & Volusiano: q persecutori Decio mox interfecto successerant plaga extitit:corrupto:aere pestis ifusa:quæ per omnia Romani regni ab oriente i occidentem spatia cū omne propemodum genus hominū & pecudum neci dedit:tum etiā corrupit lacus:infecit pabula tabo. Ibi octauā Aegypti contritionem fecere excitatæ undiq; locustæ tenentes ac terentes tegentesq; omnia. Hic. viii. æque subuersionem Romāi orbis excitatæ ūdiq; itulere gētes:quæ cædibus atq; icēdiis cūctas puincias deleuerūt. Ibi nona turbatio diuturnas & crassas ac pene tractabiles tenebras habuit:plus omnino piculi cōminata q̄ fecit. Hic itidem. ix. correptio fuit:cum Aureliano psecutionē decernent diris turbinibus terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus ruit:ostēdens:quid cū ultio talis exigeret:tantus posset ultor:nisi & clæmens esset & patiens:quāq̄ itra sex ab hic mēses succidui tres iperatores:hoc est Aurelianus Tacitus & Florianus diuersis causis iterfecti sūt. Ibi postremo. x. plaga:quæ & nouissima omniū fuit:iterfectio filiorum:quos primos q̄ppe genuerant. Hic nihilominus. x. idest nouissima pœna omnium idolorum perditio est: quæ primitus facta in primis amabant. Ibi rex potentiam dei sensit:probauit:& timuit:ac per hoc populum dei liberum abire permisit. Ibi nunq̄ populus dei postea ad seruitutem retractus. Hic nunq̄ populus dei ad idolatriam coactus est. Ibi Aegyptiorum uasa preciosa Hebræis tradita sunt. Hic in ecclesias christianorum præcipua paganorum templa cesserunt. Sane illud ut dixi denunciandum puto:qa sicut Aegyptiis post has. x. plagas dimissos Hebræos persequi molientibus irruit per supinductū mare æterna perditio:ita & nos libere qdē peregrinantes superuentura quandoq; persecutio gentiliū manet: donec mare rubrum:hoc ē igne iudicii ipso domino nostro Iesu Christo duce & iudice transeamus. Hi uero in quos Aegyptiorum forma transfunditur ad tempus potestate permissa sæuientes:grauissimis qdē permissu dei Christianos cruciatibus persequuntur. Verūtamē iidē omnes inimici christi cū rege suo antichristo accæpto signo ignis æterni:in quē magna impediēte caligine dū nō uidētur:intrāt:perpetuā perditionē immortalibus arsuri suppliciis sortiētur. Igitur mortuo:ut dixi:Cōstantino in Britānia Constātinus imperator ē creatus primus imperatorum christianus:excepto Philippo: qui christianus annis admodū paucissimis ad hoc tantū cōstitutus fuisse mihi uisus ē ut. M. Romæ ānus Christo potius:q̄ idolis dicaretur. A Cōstātio aūt sēper oēs christiani imperatores usq; in hodiernū diē creati sunt:excæpto Iuliāo:quē ipia ut aiūt machinantē:exitialis uita deseruit. Hæc est lēta illorum paganorū pœna:sed certa. Hinc sani isaniūt. Hinc non uulnerati cōpūguntur. Hinc ridētes gemūt. Hic uiuētes deficiūt. Hic secreto excruciātur:quos nemo persequitur. Hinc iā paucissimi remāserunt:qui nunq̄ aliquo persequēte puniti sūt. Verūtamē qualis tūc persecutores illos:de quorū impunitate nō solum gloriari:sed etiā insultare conantur:finis mansit:expediam. Cōstātino i gallis strenuissime rēp. pcurāte ptoriani milites Romæ Maxētiū filiū Herculii: qui priuatus in Lucania morabatur:Augustū nuncupauerunt. Maximianus Herculius iam ex Augusto priuatus:& adhuc publicus psecutor occasiōe filii sollicitatus:qui impium abiecerat arripuit tyrānidē. Galerius Augustus Seuerum Cæsarem aduersus Maxētiū Romam mittit cū exercitu. Seuerus cū urbē obsideret militū suorum scelere desertus:& proditus:atq; ex eo fugiēs:Rauēnæ interfectus ē. Herculius psecutor:& ex Augusto tyrānus ɔfirmatum iam in imperio filiū ueste ac potestate regia spoliare conatus ē. Cōuitiis autē ac tu

multibus militũ palā conterritus ĩ Galliā prouectus ē:ut Cõstātino genero æq; dolis iũ ctus auferret imperiũ:sed per filiā deprehēsus & proditus:deide ĩ fugā uersus Massiliæ oppressus & interfectus ē. Porro Galeri9 occiso Seuero Lyciniũ ĩperatorē creauit. Cũ q; persecutioneʒ a Diocliciano & Maximiano missa ipse atrocioribus edictis accumula uisset:ac postq̃ per annos.x.omni genere hoĩum exhausit prouincias:putrefacto ĩtror sũ pectore:& uitalibus dissolutis:cũ ultra horrorē humanæ miseriæ etiā uermes eructa ret:mediciq; ultra iā fœtorē nõ ferētes crebro iussu eius occiderent: a quodā medico cõ stātiā ex desperatione sumēte ĩcrepitus:iram dei eē pœnā suā:atq; a medicis ideo nõ pos se curari:edictis late missis christianos de exiliis reuocauit. Ipse aũt cruciatus nõ sustinēs uim uitæ suæ attulit. Ita tũc respublica sub nouis.iiii.principibus fuit. Cõstātino & Ma xentio filiis augustorũ. Lycinio autē & Maximino hoĩbus nouis. Cõstātinus pacē ec clesiis post.x.annos:quæ a persecutoribus uexabātur:ĩdulsit. Deide inter Cõstātinũ & Maxētiũ bellũ ciuile exortũ est. Maxentius sæpe multis prœliis fatigatus ad põtē Mil uiũ ultimo uictus & interfectus ē. Maximinus persecutionis christianorũ incētor:exe cutorq; ĩfestissimus apud Tharsũ:dũ ciuile bellũ cõtra Lyciniũ dispõit:ĩteriit. Lycinius repētina rabie suscitatus oẽs christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellũ inter Ly ciniũ ipsũ & Cõstātinũ efferbuit. Sed constatinus Lyciniũ sororis suæ uirũ ĩ Pānonia p̃ mũ uicit:deide apud Ciualas oppressit. Vniuersa Græcia potitus Lyciniũ crebris bellis terra mariq; assurgētē & repressũ:tādē ad deditionē coegit:sed Herculii maximiani soce ri sui motus exemplo:ne iterũ depositā purpurā ĩ perniciē reip. sumeret: priuatũ iussit occidi:cũ oĩbus iā ministris nefariæ persecutiõis extinctis:hunc quoq; ĩ quātũ exercere potuit:persecutionē:digna punitio flagitaret Cõstātini filii. Crispus & Cõstātin9 & Ly cinius adolescēs lycinii Augusti filius:Cõstātini auteʒ ex sorore nepos cæsares sunt cre ati. His diebus Arrius Alexandrinæ urbis presbyter a ueritate fidei catholicæ deuians: exitiale plurimis dogma constituit. Qui primũ simul ut Alexandriæ uel notus uel no tatus ĩter cõfusos uulgo sectatores ĩsectatoresq; factus ē:ab Alexandro eiusdē urbis tũc episcopo puls9 ecclesia ē. Cumq; hoĩes:quos ĩ errorē seduxerat etiā ĩ seditionē excitaret apud Nicēā urbem Bithyniæ cõuentus.cccxviii.episcoporũ factus ē:p quos Arrianum dogma exitiale & miserũ est euidentissime deprehensũ:palā pditũ ac reprobatũ ē. Sed ĩ ter hæc latent causæ:cur uĩdiceʒ gladiũ & destinatā in ĩpios punitionē Cõstātinus ĩpera tor etiā ĩ pprios egit affectus:nā Crispũ filiũ suũ & Lyciniũ filiuʒ sororis suæ interfecit. Præterea multas gētes diuersis prœliis subegit. Vrbē noĩe suo Romanorũ reguʒ uel p̃ mus uel solus ĩstituit. Quæ sola expers idolorũ adhoc breuissimo tēpore cõdita a chri stiano ĩperatore pue͞cta ē:ut sola Romæ tot sæculis miseriisq; puectæ:forma & potētia merito possit æquari. Tum deide primus Cõstātinus iusto ordine & pio uicē uertit edi cto:si quidem statuit citra ullam hominum cædem paganorum templa claudi.

Hic Constantinus imperator iubet templa claudi. Cap. XIX.

Nox Gothorũ fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu:hoc ē ĩ Sarmatarũ regione deleuit. Calocherũ quēdā ĩ Cypro aspirāteʒ nouis reb9 oppressit. Tricēnalib9 suis Delmatiũ Cæsarē legit. Cũq; bellũ ĩ Persas molire tur ĩ uilla publica iuxta Nicomediā:dispositā bene rēpublicā filiis tradens:diē obiit. An no ab urbe cõdita. M.lxxxxii. Cõstātinus.xxxv.cũ Cõstantio & Cõstante fratrib9 su is adept9 ĩpiuʒ.xxiiii.ānis tenuit. Fuit āt ĩter successores Cõstantini & Delmati9 cæsar fratris filius:sed cõtinuo militari factiõe decerptus ē. Interea maligna semp aduersus de um uerũ ĩsectatio diaboli:quæ ab initio mũdi usq; ad nunc:a sincero tramite fidei religio nisq; ĩfusis errorũ nebulis:lubrica hominuʒ corda pturbat:postq̃ christiāis ĩpatorib9

summã regiæ potestatis in meliora uertentibus ecclesiã Xpi zelo idolatriæ pseq destitit aliud machinamentũ: quo p eosdẽ xpianos impatores xpi ecclesiam uexaret: iuenit. Fit igit Arrio noui erroris auctori cæterisq; discipulis ipius ad familiaritatẽ Cõstantii impatoris pmptus aditus & facilis uia. Suadet Constantio: ut quosdã in deo gradus credat & q per ianuã ab errore idolatriæ fuerat egressus: reuersus ĩ sinũ eiusdẽ ĩ deo deos q̃rit & tanq̃ p pseudotypũ inducit. Peruerso igit zelo ptãs armat illusa: & sub noie pietatis uis p secutiõis agitat: De noui nois electiõe cõtendit: ut Arrianorũ potius ecclesiæ q̃ catholico rum sint. Sequit terræmotus horribilis: qui plurimas oriẽtis urbes solo strauit. Cõstãtius dũ Constantẽ fratrẽ bello insectat: incauta petulãtia piculis sese offerens a ducibus eius occisus ẽ. Cõstans aduersus Persas & Saporẽ: q Mesopotãmiã uastauerãt: noueẽ pliis parũ prospe decertauit. Seditione nouissime atq; intẽperantia militũ nocte adoriri pugnã coactus: patratã pene uictoriam insup uictus amisit. Postq̃ se Cõstans intolerãdis uitiis dedisset: ac pœna puincialiũ fauorem militũ compararet. Magnentii dolis in oppido cui Helena nomen ẽ in proximo Hispaniæ interfectus ẽ. Magnentius. n. apd Augustudunũ arripuit impiũ: qd cõtinuo p Galliã & Aphricã Italiamq; porrexit. In Illyrico aũt Veteranionẽ ætate grãdæuũ impatorẽ sibi milites creauerunt: uirũ natura simplicẽ: cũctisq; iocũdũ: sed qui ne pma qdẽ unq̃ litterarũ elemẽta didicisset. Itaq; cum pmas lras: lrarũq; syllabas impator senex: iterdũ iuitus meditaret: a Cõstãtio q tunc ĩ Magnẽtium ultiõe fris accẽsus bellũ parabat: depõere iussus: impiũ abiiciens: cũ lris purpuras cõtentusq; priuatis feriis: palatium simul scholamque dimisit. Nepotianus deinde Romæ Cõstãtini sororis filius: gladiatorum manu frætus iuasit imperiuẽ: q deide cum improbus ac per hoc inuisus cunctis eẽt: a Magnẽtianis ducibus oppssus ẽ. Sequit belluẽ illud horribile inter Cõstãtium Magnẽtiumq; apd Nursiã urbẽ gestum: in quo multa romanorum uirium pfligatio etiã in posterũ nocuit. Magnentius tamẽ uictus aufugit ac nõ multo post apud Lugdunũ propria se mãu interfecit. Decẽtius quoq; fr eiusdem quem Cæsarẽ gallis pfecerat: apud Senonas laqueo uitã finiuit. Cõstãtius cõtinuo Gallum patrui filiũ Cæsarem legit: quẽ rursus crudeliter ac tyrãnice agẽtẽ paulo postq̃ creauerat: occidit. Siluanũ quoq; p Gallias rebus nouis inhiãtẽ mature circũueniẽdũ opprimendũq; curauit. Igit Siluão interfecto Iulianũ patruelẽ suũ Galli frem' Cæsarẽ creatũ misit ad Gallias. Itaq; Iulianus Cæsar euersas oppssasq; ab hostib9 gallias strenuissime ĩ integrũ restituit. Alemãorum paruis copiis magnam multitudinem fudit. Rheno germanos reuixit. His elatus successibus fastigium usurpauit Augusti: & mox Italiã Illiricũq; peruadens Cõstantium Parthicis pliis occupatũ regni parte puauit. Cõstãtius Iuliani scelere compto: dimissa expeditiõe Parthorũ: dum ad ciuile bellum reuertitur: in itinere inter Ciliciã Cappadociãq; defunctus est. Ita ille qui discissa pace: & unitate fidei catholicæ christiãos aduersus christiãos armãs ciuili: ut ita dicam: bello: ecclesiæ membra dilacerauerat: totum inqetum tempus imperii sui: molestumq; spatium uitæ suæ bellis ciuilibus etiã per propinquos & cõsanguineos excitatis exercuit: exegit: expedit. Anno ab urbe ↄdita. M. c. xvi. Iulian9 iãdudũ Cæsar: post autẽ. xxxvi. ab Augusto regno potitus ãno uno & mẽsibus octo impii summã solus obtinuit. Christianam religionẽ arte potius q̃ ptãte insectatus: ut negaret fides Xpi: & idolorũ cultus susciperetur: honorib9 magis prouocare: q̃ tormentis cogere studuit. Aperto tamen præcepit edicto: ne qs christianus docẽdorũ liberaliũ studiorum professor esset. Sed tamen sicut a maioribus nostris cõpertum habemus: oẽs ubiq; propemodum præcepti conditiones amplexati: officiũ q̃ fidẽ deserere maluerũt. Iulianus ãt bellũ aduersus parthos parans cum romanas uires cõtractas undiq ad destinatã secũ retraheret perditionem: christianorum sangui-

nem diis suis uouit:palā ꝑsecuturꝰ ecclesias si uictoriā potuisset adipisci:nā & amphitea-
trū Hierosolymis extrui iussit:in quo reuersus a parthis ep̄os:monachos:oēsq; eius loci
scōs:bestiis etiā arte sæuioribus obiiceret:spectaretq; laniandos. Itaq; postq̄ a Ctesiphō
te castra mouit:dolo cuiusdam transfugæ in deserta perductus: cum ui sitis & ardore so
lis:atq; insup labore harenarum confectus periret exercitus:imperator tanto reꝝ peri-
culo anxius:dum per uasta deserti incautius euagatur:ab obuio quodam hostiū equi-
te conto ictus interiit. Sic misericors deus impia consilia impii morte dissoluit. Anno ab
urbe ꝯdita. M.lxxxxxvii. Iouinianꝰ.xxxvii. imperator in summo rerum discrimine ab
exercitu creatus:cum & locorum iniquitate captus:& hostibus circūsæptus: nullā eua-
dendi facultatem nancisceretur:fœdus cum Sapore rege Persarum:& si parum putant
dignum: satis tamen necessarium pepigit:quippe tutum & incolumē Romanum ex-
ercitum non solum ab incursu hostium:uerum etiam a locorum periculo liberaret. Ni
sibiæ oppidum & partem superioris Mesopotāmiæ Persis concessit. Inde dum Illyricū
rediens ꝑ Galatiā iter agit:cū in cubiculū quoddā nouū sese cubitum recæpisset:calore
prunaꝝ & nitore parietum nuper calce illitorū aggrauatus & suffocatus octauo demū
mense q̄ imperare cœperat:uitā finiuit. Anno ab urbe cōdita. M.lxxxxviii. Valentinia-
nus.xxxviii. apud Niceā cōsensu militū imꝑator creatus ē:mā sitq; ī eo ānis.xi. q cū Xp̄i
anus ītegra fide sacramentū militiæ gereret:& sub Iuliāo Augusto tribunꝰ scutariorū
iussus ab imꝑatore sacrilego aut īmolare idolis:aut militia excedere:fideliter sciēs:& gra
uiora dei esse iudicia & meliora ꝓmissa:spōte discessit. Ita pūa īteriecta mora: Iuliāo iter-
fecto:ac mox Iouiniāo mortuo:qui ꝓ Xp̄i noīe amiserat tribunatū: retribuente Xp̄o ī
locū ꝑsecutoris sui accæpit impiū:q postea fratrem suū Valentē ꝑticipem fecit impii:
& Procopiū tyrānū pluresq; postea satellites eiꝰ occidit. Terræmotꝰ ꝑ totū terraꝝ orbē
factus:ita turbatum quoq; pelagus excussit:ut per uicinas terrarum campestrium par-
tes:refuso mari plurimæ īsularum urbes cōcussæ & subrutæ periisse referant. Valēs ab
Eudoxio episcopo Arriani dogmatis assertore:& baptizatus & ꝑsuasus in sæuissimam
hæresim declinauit:sed malignā insecutionem diu texit:nec uolūtati ꝑtātem admiscuit:
quoad uiuentis fratris auctoritate comp̄ssus ē. Cōtemplabat̄.n.de eo q̄tā uī in ulciscen
da fide imꝑator posset exercere:q tātā cōstantiā ꝓ retinenda quōdā miles habuisset. Ho
rum āno impii tertio Gratianus Valentiniāi filius imꝑator ē factꝰ. Eodē āno apd Atre
batas uera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Præterea Athanaricus rex gothoꝝ
Xp̄ianos gente sua crudelissime ꝑsecutus plurimos barbaroꝝ ob fidem interfectos ad
coronā martyrii sublimauit:quoꝝ tn̄ plurimi in romanū solum nō trepidi uelut ad ho
stes:sed certi:q; ad fratres ꝓ Xp̄i cōfessione fugerent. Valentinianus Saxonū gentem
in oceani littoribus & paludibus inuiis sitam uirtute atque agilitate terribilem: pericu-
losam Romanis finibus:eruptionem magna mole meditantem in ipsis francorum fini
bus oppressit. Burgundionū quoq; nouorum hostium nouū nomen:qui plus q̄.lxxx.
M. ut ferunt armatoꝝ ripæ Rheni fluminis insederunt. Hos quondā subacta interiori
Germania a Druso & Tyberio adoptiuis filiis Cæsaris Augusti per castra dispositos aiūt
in magnam coaluisse gentē:atq; etiam ita nomen ex ope p̄sumpsisse: quia crebra per li-
mitē habitacula cōstituta Burgos uulgo uocant:eorumq; esse ꝓualidā & ꝑniciosā ma-
num Galliæ hodie quæ testes sunt:in q̄bus p̄sumpta possessiōe cōsistunt:q̄uis ꝓuidētia
dei omnes Xp̄iani mō facti catholica fide:nostrisq; clericis q̄bus obedirent:recæptis blā
de māsuete:innocenterq; uiuant:nō quasi cū subiectis gallis:sed uere cum fratribꝰ chri
stianis. Anno aūt.xi. imperii sui: Valentinianus:cū Sarmatæ gentes sese ꝑ Pannonias
diffunderent: easq; uastarent:bellū in eos parās:apud Brigitionē oppidum subita effu

sione sanguinis: quod graece apoplesis uocat: suffocatus & mortuus est. Post quem Gratianus filius eius occidentis imperium tenuit. Valente patruo in orientis partibus constituto: Valentianum etiā frēm suum puum admodum socium creauit impii. Anno ab urbe cōdita. M.c.xxviii. Valēs. xxxix. imperium. iiii. annis Valentiniano mortuo tenuit: q solus cum impie ageret: & posset erubescere: ilico uelut effrenata liber audacia legem dedit ut mōachi. i. Xpiani: q ad unum fidei op⁹ dimissa secularium re℞ multimoda actione se redegerāt: ad militiā cogerenť. Vastas illas tunc Aegypti solitudines: harenasque diffusas: quas pp siti ac sterilitatem piculosissimāq; serpentum abundātiā cōuersatio humana nō nosset: magna hītātium monacho℞ multitudo cpleuerat. Hic tribuni & milites missi: q scōs ac ueros milites dei alio noīe psecutiōis abstraherent: interfecerunt ibi agmina multa sancto℞: quæ aūt per diuersas ubiq; prouīcias his similibusque iussis aduersus ecclesias catholicas: & rectæ fidei populos gesta sint: satis significatum ipsa reticēdi electione sufficiat. Interea in Aphricæ partibus Firmus sese excitatis Mauro℞ gentib⁹ regē cōstituens: Aphricaꝫ Mauritaniāq; uastauit. Cæsareā urbē nobilissimā Mauritaniæ dolo captā: deinde cædibus incēdiisq; cōpletā barbaris in pdā dedit. Igitur comes Theodosi⁹ Theodosii q post impio pfuit pr: a Valēte miss⁹ effusas Mauro℞ gētes multis pliis fregit: ipsumq; Firmū afflictū & oppssum coegit ad mortē. Post cū expientissima puidentia totā cū Mauritania Aphricā meliorē pristinis legib⁹ reddidisset: instimulante & obrepēte inuidia iussus interfici: apud Carthaginē baptizari in remissionē peccato℞ poptauit. At postq̄ sacrm Xpi quod quæsierat affecutus ē: post gloriosam sæculi uitā: etiam de uitæ æternitate securus pcussori iugulum ultro pbuit. Gratian⁹ interea impator admodū iuuenis: cū inæstimabilē multitudinē hostiū romāis infusam finibus cerneret: fret⁹ Xpi potentia lōge impar militū numero sese in hostē dedit: & continuo apud Argētariā oppidū gallia℞ formidolosissimum bellum incredibili felicitate cōfecit: nā plus q̄. xxx. M. Alemano℞ minimo romano℞ detrimēto in eo plio interfecta narrātur. Tertiodecimo āt anno impii Valētis: hoc est puo tpe postea q̄ Valēs per totū orientem ecclesia℞ laceratiōes: scōrumq; sedes egerat: radix illa miseria℞ nostrarum copiosissimos simul fructices germinauit: siquidem genus Hunno℞ diu inaccessis seclusa montibus repētina rabie pcita exarsit in gothos: eosq; sparsim conturbatos ab antiqs sedibus expulit. Gothi trāsito Danubio fugiētes a Valēte sine ulla fœderis pactōe suscæpti: ne arma qdē q̄ tuti⁹ barbaris crederet: tradidert Romanis. Deindepp ter intolerabilē auaritiā Maximi ducis: fame & iniuriis adacti in arma surgētes: uicto Valentis exercitu p Thraciaꝫ sese miscētes simul oīa cædibus: incēdiis rapinisq; fœdarunt. Valens egressus de Antiochia: cum ultima infelicis belli sorte traheretur: sera peccati maxima pœnitētia stimulatus epos cæterosq; scōs reuocari de exiliis impauit. Itaq;. xv. imperii sui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum gothis iā tunc exercitatiōe uirium: rerūq; abundantia instructissimis gessit. Vbi pmo statim īpetu gotho℞ pturbatæ romano℞ equitum turmæ nuda peditum deseruere psidia. Mox legiones peditum undiq; equitatu hostiū cinctæ: ac primum nubibus sagittarum obrutæ: deinde cum amentes metu sparsim p deuia cogerent: fundit⁹ cæsæ gladiis isequētū: cōtisq; pierūt. Ipe impator cū sagitta saucius uersusq; in fugā ægre i cuiusdā uillulæ casaꝫ deportat⁹ lateret: ab isequētib⁹ hostibus dephēsus: subiectoq; igne csūpt⁹ est: & quo magis testioniū punitōis ei⁹ & diuinæ idignationis terribili posteris eēt exēplo: cōi caruit sepultura. Cōsolet se & in hoc peruicacia miseriaq; gentiliū: quia temporibus & regibus Christianis tātæ simul congestæ clades psam reipub. onerauere ceruicem: euersæ prouinciæ: deletus exercitus: imperator: incensus. Magnū re uera hoc est ad nostrū dolorē magisq; miserum quo magis nouum. Sed

quid hoc ad ꝯsolationē pficit paganoꝝ qui palā puidēt:& ī his quoq; psecutorem ecclesiaꝝ fuisse punitū? Vnus deus:unā fidē tradidit:unā ecclesiā toto orbe diffudit:hanc aspicit:hāc diligit:hāc defēdit. Quolibet se quisq; noīe tegat:si huic nō sociat alienus:si hāc ipugnat inimicus ē. Cōsolent se gētiles inq̄tū uolunt Iudæoꝝ hæreticorumq; supplicijs tm̄ & unū deum eē:& eundē psonaꝝ accæptorē n̄ eē:uel ex hac potissimum Valētis extīcti īprobatiōe fateat. Gothi ātea p legatos supplices poposcerunt:ut illis:epi:a quibus Xpiāæ fidei regulā discerēt:mitterent. Valēs impator exitiabili prauitate detentus doctores Arriāi dogmatis misit. Gothi p̄mæ fidei rudimētū qđ accepe tenuerunr. Valens catholicæ fidei normā quā p̄us habuerat:dereliquens:puerso Arrianoꝝ dogmati sese illexit. Itaq; iusto dei iudicio ipi eum uiuū incenderunt:qui pp eum ēt mortui uitio erroris arsuri sunt. Anno ab urbe cōdita. M.c.xxii. Gratian9.xl.ab Augusto post mortem Valētis sex ānis impiū tenuit:quis iā dudū antea cum patruo Valēte & cum Valētiniano fratre regnaret:q cum afflictū ac pene collapsum reipu. statū uideret:eadē puisiōe qua quōdā legerat Nerua Hispanū uiꝝ Traianū:p quē respub. reparata est:legit & ipse Theodosiū æque Hispanū uiꝝ:& restituendæ reipu. necessitate apud Syrmū purpurā induit:orietisq; & Thraciæ simul p̄fecit impio hoc p̄fectiore iudicio:qa cū ī oīb9 humanæ uitæ uirtutib9 iste par fuerit:ī fidei sacro religiōisq; cultu sine ulla compatiōe p̄cessit:siqdem ille psecutor:hic ppagator ecclesiæ. Ita illi ne unus qdē proprius fili9 quo successore gauderet:indultus est. Huius autem orienti simul atq; occidēti per succiduas usque ad nunc generationes gloriosa ppagatio dominatur.

Creatus impator Theodosi9 a Gratiāo Cōstinopoli intrauit uictor. Cap. XX.

Itaq; Theodosi9 afflictā rēpu. ira dei:reparandā credidit misericordia illi9:oēmq; fiduciā sui ad opē Xpi cōferens maxīas illas Scythicas gētes:formidatasq; cunctis maioribus:Alexādro quoq; illi magno:sicut Pōpeius Corneliusq; testati sunt:euitatas:nūc aut extincto romano exercitu:Romāis equis armisq; instructissimas:hoc ē Alanos:Hunnos & Gothos incūctanter aggressi9 magnis multisq; pliis uicit. Vrbē Cōstantinopoli uictor intrauit:& ne paruā romani exercitus manum assidue bellando deteneret:fœdus cū Athanarico Gothoꝝ rege pcussit. Athanaricus aūt continuo ut Cōstātinopoli uēit:diē obiit. Vniuersæ gothoꝝ gētes rege defūcto aspiciētes uirtutē benignitatēq; Theodosii romāo sese impio dediderūt. In his ēt diebus psæ:q Iuliano iterfecto:aliisq; impatorib9 sæpe uictis:nūc etiā Valēte in fugam acto recētissimæ uictoriæ sacietatē cruda insultatiōe ructabāt:ultro Cōstantinopoli ad Theodosiū misere legatos:pacē suppliciter postulātes:ictūq; tūc fœdus est:quo uniuersus oriens usq; ad nūc tranqllissime fruit. Interea cū Theodosius in oriente subactis barbaroꝝ gentibus:Thracias tādē ab hoste liberas reddidisset:& Arcadiū filiū suū cōsortē fecisset imperii:Maxīus uir qdē strenu9 & pbus:atq; Augusto dign9:nisi cōtra sacri fidē p tyrānidem emersisset:ī Britānia īuitus ppemodū ab exercitu impator creat9 ī galliā trāsiit:ubi Gratianū Augustū subita īcursiōe pterritū:atq; ī Italiā trāsire meditātē dolis circūuentū iterfecit:fratrēq; ei9 Valētinianū Augustū Italia expulit.

Valētinianus ī orientē refugiens. a Theodosio p̄rna pietate suscæpt9:mox etiā impio restitut9 est. Cap. XXI.

Anno ab urbe cōdita. M.c.xxxviii. Theodosius.xli.interfecto a Maxīo Gratiano impiū romāi orbis obtinuit:māsitq; ī eo ānis.xi.cū iā in orientis ptibus.vi.ānis Gratiano uiuente regnasset. Itaq; iustis necessariisq; causis ad bellū ciuile pmotus:cū e duobus augustis fr̄ibus:& ultionē unius iterfecti sanguis exigeret:& restitutionē miseria alterius exultātis oraret:posuit in deo spē suā:seq; aduersus Maximū tyrānū sola fide maior:nam longe minor erat uniuersa apparatus bellici comparatione:

ꝓripuit. Aqleiæ tunc maximus uictoriæ suæ spectator insederat. Andragatius uero co-
mes eius summā belli admīstrabat:q cum largissimis militum copiis:ipsaq; magnaꝝ co
piarū fortitudine ꝓcellēte cōsilio oēs īcredibiliter alpiū ac fluminū aditus cōmunisset:in
effabili iudicio dei:nauali expeditione dū incautū hostē præuenire & obruere parat:sp̄o
te eadē:quæ obstruxerat claustra:deseruit. Ita Theodosius nemine sentiēte:ut nō dicā
repugnāte:uacuas trāsmisit alpes atq; Aquileiaȝ improuisis aduenīes hostē illū magnū
Maximū trucē & ab īmanissimis quoq; germanoꝝ gētibus tributa ac stipendia solo ter
rore noīs exigentē sine dolo & cōtrouersia clausit:cæpit & occidit. Valentinianus recæ-
pta Italia potitus impio ē. Andragacius comes cognita Maximi nece ꝓcipitem sese e na
ui in undas dedit ac suffocatus ē. Theodosius incruētā uictoriā deo procurāte suscæpit.
Ecce regibus & tpibus Xp̄ianis qualiter bella ciuilia cum uitari nequeunt: transigunt.
Ad uictoriā peruentū est:irrupta ē ciuitas:correptus tyrānus:& hoc parum est. Ecce a
pte alia uictus hostilis exercit⁹ atq; ipso tyrāno truculētior comes tyrāni ad mortem coa
ctus tantæ dissolutæ elusæq; insidiæ:tāti apparatus exinaniti sunt: & tamē nullus dolos
struxit:nullus aciē disposuit:postremo nullus.s.gladiū de uagina extulit. Formidolosis-
simum bellū sine sanguine usq; ad uictoriā:& in uictoria duorum morte cōfectuȝ ē. Et
ne hoc qsq̄ casu factū putet:quo magis potentia dei qua dispēsant: & iudicant uniuersa
propalato sui testimōio declarat:obstrepentiū mentes uel ad cōfusionē uel ad fidem co-
gar:dico rem ignotā oibus & oibus notā. Post hoc bellū quo Maximus interfectus est
multa utiq; sicut oēs recognoscimus:Theodosiūq; filiū eius Honoriū usq; ad nunc ex-
terna bella & ciuilia cōsecuta sunt:& tn̄ omnia pene usq; in hodiernū diem eqdē cū fru-
ctu simplicis sanctæq; uictoriæ:uel nullo uel mīmo sanguine ceeuerunt. Igit Valentinia
nus iunior regno restitutus extincto Maximo:eiusq; filio uictore:quem impatoreȝ gal
lis Maximus relinquens ꝓfecerat:ipse in Galliā transiuit:ubi cū tranquilla repu. in pace
ageret:apud Viennam dolo Arbogastis comitis sui:ut ferunt:strangulatus:atq; ut uo-
luntariam sibi consciuisse mortem putaretur: laqueo suspensus est.

Arbogastes Valētiniāo impatore occiso stati Eugēiū tyrānū fecit impatorē. Ca. XXII.

MOrtuo Valentiniāo Augusto Arbogastes Eugeniū tyrānū mox creare ausus ē
legitq; hoīeȝ:cui titulū impatoris īponeret:ipe actur⁹ impiū uir barbarus aīo
cōsilio:māu:audacia:potētiaq; nimius:cōtraxitq; undiq; innumeras inuictasq;
copias uel Romanoꝝ ꝓsidiis uel auxiliis barbaroꝝ: alibi ptāte:alibi cognatiōe subnix⁹
Historiaȝ notā ēt oculis plurimoꝝ q̄ melius q spectauere nouerūt. Dilatari nō opus est
uerbis:potētia dei nō fiducia hoīs uictorem semper extitisse Theodosium. Arbogastes
iste ꝓcipuum in utroq; documentū ē:qui & tunc cū Theodosio paruit:tantis īstructuȝ
ꝓsidiis Maximū ipe mīmis cæpit:& nunc cū aduers⁹ eundē Theodosiuȝ collectis gallo-
rū Frācorumq; uirib⁹ exundauit:nixus ēt ꝓcipuo cultu idoloꝝ:magna tn̄ facilitate suc
cubuit. Eugeni⁹ atq; Arbogastes instructas acies cāpis expedierant:arcta alpiū latera at
q; ineuitabiles trāsitus:ꝓmissis callide insidiis occuparāt:ut ēt si nūero ac uiribus impa-
res forent:sola tn̄ belli dispositiōe uictores. At uero Theodosi⁹ in summis alpib⁹ cōsti-
tutus expers cibi:ac somni sciēs ꝙ destitutus suis:nesciēs ꝙ clausus alienis: dn̄m Xp̄m
solus solū q posset oīa:corpe humi fusus:mēte cœlo fixus orabat. Dehinc postq̄ insom
nem nocteȝ ꝓcū cōtinuatiōe transegit:& testes ꝓpemoduȝ quas in ꝓciuȝ ꝓsidii cœlestis
appōderat⁹ lachrymaꝝ lacunas reliquit fiducialiter arma corripuit sol⁹. Sciens uero se
esse nō soluȝ signo crucis tuēduȝ:sed & uictoriā adeptuꝝ:signo crucis se muniēs signuȝ
uictoriæ dedit:ac se in bellum:ēt si nemo sequeret:uictor futurus īmisit. Prima salutis
uia extitit. Arbitrio hostilium ptiū comes:q cū ignaꝝ imperatorē circūpositis excæpis-

ſet inſidiis:cõuerſus ad reuerentiã ꝓ̃ſentiſ Auguſti nõ ſolũ periculo liberauit:ueꝝ etiam inſtruxit auxilio. At ubi ad cõtigua imiſcendæ pugnæ ſpatia peruentũ eſt: cõtinuo magnus ille & ieffabilis turbo uentoꝝ in ora hoſtiũ ruit. Ferebant̃ per aerẽ ſpicula nr̃orũ atq; ultra menſurã hũani iactꝰ per magnũ inane portata:nunq̃ propemodũ cadeꝛ ꝑuſq̃ impingerẽt ſinebant̃. Porro turbo aut cõtinuus ora pectoraq; hoſtiũ nũc illiſis grauiter ſcutis euerberabat:nunc impſ̃ſis ptinaciter obſtructa claudebat:nũc auulſis uiolẽter deſtituta nudabat:nunc oppoſitis iugiter in terga trudebat:tela etiã quæ ipſi uehemẽter intorſerant:excæpta uentis ĩpetu ſupinata:ac retrorſum coacta ĩpos ĩfeliciter cõfigebãt Proſpexit ſibi humanæ conſcientiæ pauor:nam continuo ſeſe parua ſuorum manu fuſa uictori Theodoſio hoſtilis ſtrauit exercitus.

Eugenius tyrannus captus eſt & occiſus. Cap.XXIII.

EVgenius captus atq; interfectus eſt. Arbogaſtes ſua ſe manu ꝑculit. Ita & hic duoꝝ ſanguĩe bellũ ciuile reſtinctũ ẽ abſq; illis.x.M.Gothoꝝ:quos ꝓ̃miſſos a Theodoſio Arbogaſtes deleſſe funditꝰ fertur:quos utiq; ꝑdidiſſe lucꝝ:& uinci uincere fuit. Nõ inſulto obtrectatoribus noſtris. Vnum aliquod ab initio urbis conditæ bellum ꝓferant tam pia neceſſitate ſuſcæptũ:tã diuina felicitate cõfectũ:tã clæmẽti benignitate ſopitũ:ubi nec pugna grauẽ cædẽ:nec uictoria cruentã exegerit ultionem: & fortaſſe cõcedã:ut nõ hæc fidei chriſtiani ducis cõceſſa uideant̃:quis ego hoc teſtimonio nõ laborẽ:qñ unus ex ĩpis poeta qdem eximius:ſed paganus ꝑuicaciſſimus huiuſmodi uerſibꝰ & deo & hoĩ teſtimoniũ tulit:qbus ait. O nimium dilecte deo:tibi militat æther. Et cõiurati ueniunt ad claſſica uẽti. Ita cœlitus iudicatũ eſt inter ꝑtẽ etiaꝫ ſine ꝓ̃ſidio hoĩuꝫ de ſolo deo hũiliter ſꝑantẽ:& ꝑtẽ arrogãtiſſime de uiribꝰ ſuis:& de idolis ꝓ̃ſumentẽ. Theodoſius ãt cõpoſita,tranqllataq; repub. apd̃ Mediolanũ cõſtitutꝰ dieꝫ obiit.

Arcadius & Honorius regnum impii Romãi ſuſcepærũt. Cap.XXIIII.

ANno ab urbe ꝯdita. M.c.xlix. Arcadius Auguſtus:cuiꝰ nũc filius Theodoſiꝰ oriẽtẽ regit:& Honorius Auguſtus frater eius:cui nũc reſpu. innitit̃.xlii.loco cõe impiũ:diuiſis tm̃ ſedibus teneꝛ cœperũt:uixitq; Arcadiꝰ poſt patris exceſſum ãnis.xii.imperiiq; ſummã Theodoſio filio ſuo paruo admodũ moriens tradidit Interea Gildo,comes q in initio regni eoꝝ Aphricæ ꝓ̃erat:ſimul ut defunctum Theodoſium cõperit:ſiue ut qdã ferunt:quadã ꝑmotꝰ inuidia Aphricã orientalis impii ptibꝰ iũgere molitus ẽ:ſiue ut alia tradit opĩo:mĩmã in ꝑuulis ſpem fore arbitratus:ꝑ̃ſertim cuꝫ abſq; his nõ facile ãtea qſq̃ puſillus in impio relictꝰ ad maturitatẽ uirilis ætatis euaſerit: iſtiq;ꝓpemodũ ſoli inueniant̃:quos ob gratiam patris ac ſuã fideꝫ & diuiſos & deſtitutos Xp̃i tutela,ꝓuexerit. Aphricã excerptã a ſocietate reipu. ſibi uſurpare auſus ẽ gentili magis licentia cõtentus:q̃ ambitu regiæ affectiõis inflatus. Huic Maſcezel frater fuit q nouarũ reꝝ molitiões in fratre phorreſcens cũ filiis adoleſcẽtibꝰ in Italiã rediit. Gildo & abſentiã fratris & ꝓ̃ſ̃tiã filioꝝ eius ſuſpectã hñs:adoleſcẽtes dolo circũuentos interfecit. Ad hũc iã ut hoſtẽ bello inſequẽdũ Maſcezel frater miſſus ẽ:quẽ idoneuꝫ ꝓcurãdæ reipub. forꝫ ꝓpriæ orbitatis recẽs dolor pollicebat̃. Igit̃ Maſcezel iã ĩde a Theodoſio ſciẽs:q̃tũ ĩ rebꝰ deſpatiſſimis orõ hoĩs p fidẽ Xp̃i a clæmentia dei ĩpetraret:caprariã ĩſulã adiit uñ ſecũ ſcõs ſeruos dei aliquot ꝑmotus ꝑcibus ſuis ſũpſit:cũ his orõnibus ieiuniis:pſalmis dies & noctes ꝯtinuãs ſine bello uictoriã meruit:ac ſine cæde uĩdictã. Ardalio fluminis nomen eſt:qđ fluit ĩter Thebaſtẽ & Metriderã ciuitates:ubi cũ parua mãu: hoc eſt cũ.v.M.ut aiunt:militũ cõtra.lxx.M.hoſtiũ caſtrametatus:cũ interiecta mora excedere loco:oppoſitaſq; ꝓ̃iacentis uallis ãguſtias trãſgredi uellet:intercurrente nocte beatuꝫ Ambro.epiſcopũ Mediolani paulo añ defunctũ per ſomniũ ſibi uidere uiſus eſt: ſignifi

cātē manu & īpacto ad humū ter baculo dicētē. hic. hic. hic. Quod ille prudenti cōiectura intellexit: merito annūciantis fidē uictoriæ: uerbo locum: numero diē significari. Substitit ac tertio demū die: post noctē orationibus hymnisq; peruigilem: mūitus ipsis cœlestium sacramentorꝝ mysteriis: in hostē circūfusū processit. Et cū ad eos qui primi occurrerant pia pacis uerba iactaret: signiferū quēdā insolēter obsistētē: iam iaq; pugnā excitātē: gladio percussit in brachio: eūq; manu debilē ipso uulnere coegit pronū inclinare uexillum. Quo uiso reliquæ cohortes deditionē iā fieri priorꝝ æstimātes: certatī sese ad Mascezelē signis tradidere cōuersis. Barbari: quorꝝ magnā multitudinē Gildo ad bellū deduxerat defectu militum destituti in diuersa fugerunt.

Gildo occisus est. Cap. XXV.

Gildo & ipse fugā molitus: arrepta naui: ut in altum prouect⁹: ac deinde reuocatus in Aphricā est: post aliquot dies strāgulatus interiit. Periclitaremur sub tātorum miraculorum relatu: quasi præsumpta mētiēdi īpudētia: si adhuc uocē nostrā: cōsciētia eorꝝ: qui interfuere: nō præcurreret. Nullæ aguntur insidiæ: nulla corruptio & .lxx. M. hostium uincunt᷑. Pene sine pugna fuit uictus ad tēpus: ne plus audeat uictor iratus. Trāsportatur ī diuersum locum: ut nesciatur a fratre occidi: quo uidicētur occisi. Sane idē Mascezel elatus rerū secundarꝝ insolētia: posthabito sanctorū consortio cum quibus ātea deo militās uicerat: etiā ecclesiā temerare ausus ē: atq; ex ea quosdā nō dubitauit extrahere. Secuta est pœna sacrilegum: nam iisdē superstitibus atq; insultantibus: quos ab ecclesia ad pœnā protraxerat: post aliquātū tēpus solus ipse punit⁹ ē: probauitq; in se uno ad utrūq; semp diuinū uigilare iudiciū: quādo & cū spauit adiutus & cū cōtēpsit: occisus ē. Interea cū a Theodosio īperator̄ seniorre singulis potissimis īfantū cura & disciplina utriusq; palatii ōmissa eēt: hoc est Rufino oriētalis aulæ: Stiliconi occidentalis impii: quid uterq; egerit: quidue agere conatus sit: exitus utriusq; docuit cū alius sibi: alius filio suo affectans regale fastigiū: ut reb⁹ repēte turbatis: necessitas reipubilcæ: scelus ambitus tegeret: gentes barbaras ille immisit: hic fouit. Taceo de Halarico rege cū Gothis suis sæpe uicto: sæpe cōcluso: sēperq; dimisso. Taceo de īfelicib⁹ illis apd Polentiam gestis cū barbaro & pagano duce: hoc est Sauli cui sūma belli cōmissa ē: cuius improbitate reuerēdissimi dies: & sanctū pasca uiolatū ē: cædentiq; hosti pp religionem: ut pugnaret exortū ē: cū qdē ostendente ī breui iudicio dei: & qd fauor eius posset: & qd ultio diuina exigeret: pugnantes uicimus: uictores uicti sumus. Taceo de ipsorū inter se barbarorꝝ crebris dilacerationibus: cum se īuicē Gothorꝝ cunei duo: deīde Halani atq; Hunni uariis cædibus populabantur.

Rhedagaisus hostis Italiam intrauit: & occisus est cum gēte sua. Cap. XXVI.

Rhedagaisus oīum antiquorꝝ ꝑsentiūq; hostiū lōge īmanissimus repentino īpetu totā inundauit Italiā: nā fuisse ī populo ei⁹ pl⁹ q̄. cc. M. gothorꝝ ferūt. Hic supra hāc incredibilē multitudinē indomitāq; uirtutē pagan⁹ & Scytha erat: qut mos ē barbaris huiusmōi gētibus omnē Romani generi sanguinem diis suis propinare deuouerat. Hoc igit᷑ Romanis arcibus īminēte fit oīum paganorꝝ ī urbe cōcursus clamātiū: hostē esse cū utiq; uiriū copia tū maxīe ꝑsidio deorꝝ uīcēdū: potētē urbē āt ideo destitutā & mature piturā: qa deos & sacra pdiderit: magnis q̄relis ubiq; agitur: & cōtinuo de repetendis sacris: celebrādisq; tractat᷑. Feruēt tota urbe blasphemiæ. uulgo nomē christi tanq̄ lues aliq̄ ꝑsentiū temporꝝ ꝓbris īgrauat᷑. Itaq; īeffabili iudicio dei factū est: ut qm̄ ī pmixto populo piis gratia īpiis pœna debebat᷑: oportebatq; pmitti hostes: qui insuasibilem in plurimis: & cōtradicentem ciuitatem seuerioribus solitos flagris coarguerent: nō tamen eos q indiscrete cūctos ītempata cæde delerēt: duo tunc

populi Gothoꝝ cū duobus potētiſſimis regibus ſuis p Romanas ꝓuīcas baccharent̄: quoꝝ unus chriſtianus ꝓpiorq; Romano populo: & ut res docuit: timore dei mitis in cæde: alius paganus barbarus & uere Scytha: q nō tātū gloriā: aut ꝑdam: q̄tū īexatura bili crudelitate ipſā cædē amaret in cæde: & hic iā recæpt⁹ ſinu Italiæ Romā e ꝓximo trementē terror̄ quaſſabat. Itaq; ſi huic ultionis poteſtas ꝑmitteret̄: quē Romani ob hoc ꝑcipue timendū arbitrabant̄: qa fauorē deoꝝ ſacrificioꝝ obſeqis iuitaret: & īmo deratior cæde ſine fructu emenditatiōis arſiſſet: & error nouiſſim⁹ peior ꝑore creuiſſet: q̄doqdē ī pagani & idolatræ man⁹ īcidiſſe nō ſolū paganis reſiduis de reſtaurando cul tu idoloꝝ eēt indubitata: ſed & xp̄ianis ꝑiculoſa ꝑſuaſio: cū & hi ꝑiudicio terrerent̄: & illi cōfirmarent̄ exemplo. Quamobrē iuſt⁹ diſpenſato hūani generis deus ꝑire paganū hoſtem uoluit: & chriſtianū præualere ꝑmiſit: ut pagani blaſphemanteſq; romani & il lo cōfunderent̄ ꝑdito: & hoc punirent̄ īmiſſo: maxime cū īperatoris Honorii admiran da ī rege cōtinētia & ſanctiſſima fides nō paꝝ diuinæ miſericordiæ mereret̄. Cōceduntur qdem aduerſus immaniſſimū illū hoſtē Rhedagaiſū alioꝝ hoſtiū turmæ cū copiis ſuis: īclinant̄ ad auxiliū eoꝝ animi. Adſunt Vldinus & Sar⁹ Hūnoꝝ & Gothoꝝ duces præſidio romanoꝝ: ſed nō ſinit deus rē potētiæ ſuæ uirtute hoīū & maxime ho ſtiū uideri. Cōterritū diuinitus Rhedagaiſum ī Feſulanos mōtes coegit: eiuſq; ſecūdū eos q parciſſime referūt. cc. M. hoīum īopū cōſilii & cibi ī arido & aſꝑo mōtis iugo: urgēte undiq; timore cōcludit: agminaq; qbus dudū anguſta uidebat̄ Italia latendi ſpe in unū ac paruū uerticē trudit. Quid multis morer? Nō diſpoſita ī bellū acies fuit: nō furor timorq; ī certa pugnæ prætulit: nō cædes acta: nō ſanguis effuſus eſt: quod felicitati poſtremo loco deputari ſolet: dāna pugnæ euētu cōpēſata uictoriæ: edētibus bibētibus ludētibuſq; noſtris tāti illi tāq; īmanes hoſtes eſuriētes & ſitiētes lāguēteſq; cōfecti ſūt Paꝝ hoc ē: niſi captū & cathenatū ac ſubiugatū ſciāt: quē timuere Romani: illumq; ido latrā ſuum: cuius ſacrificia ſe magis pertimeſcere q̄ arma fingebant: ſine prœlio uictum ac uictum ſub iugo catheniſq; deſpiciāt. Igit̄ rex Rhedagaiſus ſolus ſpem fugæ ſumēs clā ſuos deſeruit: atq; ī nr̄os īcidit: a qbus captus & pauliſper retētus ac deinde īterfectus eſt. Tāta uero multitudo captiuoꝝ Gothoꝝ fuiſſe fert̄: ut uiliſſimarū pecudum modo ſingulis aureis paſſim greges hoīum uēderent̄. Sed nihil ſupereſſe deus de eodem po pulo ſinit: nam ilico cunctis q emebant̄ moriētibus: quod īprobi emptores eoꝝ nō īpēderūt turpiter preciis: expēderunt miſericorditer ſepulturis. Igitur īgrata Roma: quæ ſicut nunc ſenſit nō ad remittendā ſed ad reprimendā idolatræ præſumptionem: iudicis dei obliquā miſericordiā: ita continuo ꝓpter uiuoꝝ mortuorūq; ſcōꝝ piā recordationē dei irā paſſuram plenā: ſi forte cōfuſa pœniteat: & per experientiam fidem diſcat: ab incurſu Halarici regis & hoſtis: ſed chriſtiana: aliq̄tulo ad tēpus ſpacio: differtur.

Stilico uoluit uſurpare imperium Romanum pro filio. Cap. XXVII.

INterea comes Stilico Vuādaloꝝ ībellis auaræ ꝑfidæ & doloſæ gentis genere æditus: paruipēdens q̄ ſub imperatore imperabat: Eucheriū filiū ſuū: ſicut a plæriſq; tradit̄: iā inde chriſtianoꝝ ꝑſecutionē a puero priuatoq; meditātem in īperio quoquo mō ſubſtituere nitebat̄. Quāobrē Halaricū cūctāq; Gothoꝝ gētē ꝓ pace optīa & qbuſcūq; ſedib⁹ ſuppliciter ac ſimpl̄r orātē: occulto fœdere fouēs: publice āt & belli & pacis copia negata ad tenendā terrendāq; rēpu. reſeruauit. Præterea gentes alias copiis uiribuſq; ītolerabiles: qbus nūc Galliarum Hiſpaniarumq; prouinciæ ꝑmūtur: hoc eſt Halanorum Sueuorū Vuādaloꝝ: ipſoq; ſimul motu īpulſoꝝ Burgundionum ultro in arma ſollicitās: deterſo ſemel Romani nominis metu: ſuſcitauit: eas interim ripas Rheni quatere: & pulſare gallias uoluit: ſperans miſer ſub hac neceſſitatis cir

cũstãtia:qa & extorquere iperiũ genero posset i filiũ:& gẽtes barbaræ tã facile cõprimi
q̃ cõmoueri ualerẽt. Itaq; ubi iperatori Honorio exercituiq; romano hæc tãtoꝝ sceleꝝ
scœna patefacta est:cõmoto iustissime exercitu occisus est Stilico:qui ut unũ puerum
purpurã idueret: totius generis humani sanguinem dedit. Occisꝰ est & Eucherius:q
ad cõciliãdũ sibi fauorẽ paganoꝝ restitutiõe tẽploꝝ & euersione ecclesiaꝝ:ĩbutuꝝ se re-
gni primordia minabatur:paucicq; cũ iisdẽ satellites tantarum mollitionum puniti sunt
Ita minimo negocio paucorumque pœna ecclesiæ christi cum imperatore religioso &
liberatæ sunt & uindicatæ. Itaque post hæc tanta augmenta blasphemiarum:nullam
que puram ultima illa diuque suspensa urbem pœna consequitur.

Halaricus urbem expugnauit Romam:& deprædatus est. Cap. XXVIII.

ADest Halaricus:trepidã Romã obsedit:turbat irrũpit. Dato tamen præcepto
prius:ut si q in sancta loca præcipueq; i sanctoꝝ apostoloꝝ Petri & Pauli ba-
silicas cõfugissent:hos in primis iuiolatos securosq; eẽ sineret. Tũ deide inqtũ
possent prædæ ihiãtes a sanguine temperarent:accidit quoq; quo magis illa urbis irru
ptio idignatione dei acta:q̃ hostis fortitudie ꝓbaret̃. ut. b. Inno. Romanæ ecclesiæ epi-
scopus:tanq̃iustus Loth subtractus a Sodomis occulta prouidentia dei apud Rauen-
nam tunc positus peccatoris populi non uideret excidium. Discurrentibus itaq; per
urbem barbaris forte unus Gothoꝝ idemque potens & Christianus sacram deo uir
ginem iam ætate prouectam in quadam ecclesiæ domo repperit. Cumq; ab ea aurum
argentumque honeste exposceret: illa fideli constantia esse apud se plurimum & mox
proferendum spopondit:ac protulit. Dumque expositis opibus attonitum barbarum
magnitudine & pondere ac pulchritudine:ignota & uasorum qualitate:uideret: uirgo
christi ad barbarum ait. Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt. Præsũme si audes
de facto tu uideris. Ego quia defendeř nequeo:contendere non audeo. Barbarus uero
ad reuerentiam religionis timore dei & fide uirginis motus ad Halaricum hæc per nun
cium rettulit:qui continuo reportari ad apostoli Basilicam uniuersa:ut erant uasa: im
perauit: uirginem etiam simulque omnes qui se adiũgerent christianos:eodẽq; cum de
fensione deduci. Ea domus sanctis sedibus longo ut ferunt:& medio interiectu urbis
aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula:& super capi
ta lata palam aurea atq; argentea uasa portãtur: exertis undiq; ad defensionem gladiis
pia põpa munit̃. Hymnus deo romãis barbarisq; cõcinentibus publice canit̃. Personat
late i excidio urbis salutis turba:oẽsq; etiã i abditis latẽtes iuitat:ac pulsat: cõcurrũt un-
diq; ad uasa Petri:uasa christi:plurimi etiã pagani christianis ꝓfessiõe si nõ fide admiscẽt
& per hoc tamẽ ad tẽpus:quo magis cõfundant̃:euadũt. Quanto copiosius aggregan
tur romani cõfugiẽtes:tanto auidius circũfunduntur barbari defensores. O sacra & ief
fabilis diuini iudicii discretio. O sãctũ istud & salutare flumẽ:quod parua exortũ dum
beato alueo i sanctoꝝ sedes tendit:oberrãtes:piclitãtesq; aĩas i sinũ pia rapacitate perue
xit. O præclara illa christianæ militiæ tuba:quæ generaliter cũctos dulcissimo ad uitam
modulamine iuitans:quos ad salutẽ iobediẽtes nõ suscitauit:iexcusabiles reliqt ad mor
tẽ. Mysteriũ hoc quod i transferendis uasis:dicendis hymnis:ducẽdis populis fuit:tãq̃
magnũ cribꝝ fuisse arbitror:ꝑ quod ex cõgregatiõe populi romãi tanq̃ ex magna mas-
sa frumenti:per oĩa ex uniuerso ãbitu ciuitatis latebraꝝ foramina effluxere grana uiua
siue occasione siue ueritate cõmota:oĩa tamẽ de præsente salute credentia ex horreo do
minicæ præparatiõis accæpta sũt. Reliqua uero sicut stercora:& uelut paleæ ipsa uel icre
dulitate uel iobediẽtia præiudicata ad exterminiũ atq; icẽdiũ remãserũt:qs hæc ppende
re plenis miraculis:qs prædicare dignis laudibꝰ queat? Tertia die barbari q̃ ingressi ur-

bē fuerāt:spōte discedunt:facto q̄dē aliquātarū ædiū īcendio:sed ne tāto qdē q̄tū.dcc.
cōditionis eius āno casus effecerat. Nā si exhibitā Neronis īperatoris sui spectaculis in=
flāmatione recēseā:pculdubio nulla cōparatiōe æquiperabit̄ secūdū id:quod excitaue=
rat lasciuia prīcipis:hoc quod nūc contulit ira uictoris. Neq; uero Gallo℞ meminisse in
huiusmodi collatiōe debeo:quā cōtinue pene per āni spatiū īcensæ urbis attritos cieres
posséderūt. Et ne q̄s q̄ forte dubitaret ad correptiōe3 superbæ lasciuiæ:& blasphemiæ ci
uitatis hostibus fuisse pmissū:eodē tēpore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt
quæ īflāmari ab hostibus nequiuerūt. Anno itaq; ab urbe cōdita. M.c.lxxiiii. irruptio
urbis p Halaricū facta ē:cuius rei q̄uis recens memoria sit:tamē siquis ipsius populi ro=
mani & multitudinē uideat & uocē audiat:nihil factū:sicut ēt ipsi fatētur: arbitrabitur
nisi aliquantis adhuc existentib9 ex īcendio ruinis forte doceat̄. In ea irruptiōe Placidia
Theodosii prīcipis filia:Arcadii & Honorii īperato℞ soror:ab Attahulfo Halarici ꝓpin
quo capta ē atq; ī uxorē assūpta:q̄si eā diuino iudicio uelut speciale pign9 obsidē Roma
tradiderit:ita iūcta barbari potētissimi regis cōiugio multo reipu. cōmdo fuit. Interea
ante biēniū romanæ irruptionis excitatæ p Stiliconē gētes Halano℞:ut dixi: Sueuo℞:
Vuandalo℞:multæq; cū his aliæ Francos ꝓterrūt:Rhenum trāseūt:Gallias īuadūt: dī
rectoq; īpetu Pyreneū usq; pueniunt:cui9 obice ad tēp9 repulsæ per circūiacētes ꝓuin
cias refundunt̄. His p gallias bacchātibus apud Britānias Gratianus municeps eiusde3
īsulæ tyrānus creat̄:& occidit̄. Huius loco Cōstātinus ex infima militia ꝓpter solam spē
nōis sine merito uirtutis elligit̄:q cōtiuo ut īuasit īperiū ī gallias trāsiit. Ibi sæpe a barba
ris īcertis fœderibus illusus detrimēto magis reipu. fuit. Misit uero ī Hispanias iudices
quos cū ꝓuinciæ obediēter accæpissent:duo fratres iuuenes nobiles & locupletes Didy
mus & Verianianus nō assūpsere:ne aduersus tyrānū q̄dē tyrānidē:sed īperatori iusto
aduersus tyrannū & barbaros tueri sese patriāq; sua3 moliti sunt. Quod ipso gestæ rei
ordine patuit:nā tyrānidē nemo:nisi celeriter maturatā secreto īuadit:& publice arma:
cuius sūma ē: assūpto diademate ac purpura uideri ante q̄ sciri. Hi uero plurimo tēpore
seruulos tātū suos ex ꝓpriis præsidiis colligētes ac uernacula alentes sūptibus:nec dissi=
mulato ꝓposito absq; cuiusq; īq̄etudine ad Pyrenei claustra tēdebāt. Aduersus hos Cō
stantinus Cōstātē filiū suū: prohdolor:ex monacho cæsarē factū cū barbaris q̄busda3
qui quōdā in fœdus recæpti atq; ī militiā allecti Honoriaci uocabātur:in Hispanias mi
sit. Hinc apd̄ Hispanias prima mali labes:nam interfectis illis fratribus q tutari priuato
præsidio pyrenei alpes moliebātur:his barbaris quasi in preciū uictoriæ primum præ
dandi in Palatinis campis licentia data:dehinc supradicti montis claustrorūq; eius cura
permissa ē:remota rusticano℞ fideli & utili custodia. Igitur Honoriaci imbuti præda &
illecti abundātia:quo magis scelus īpunitū foret:atq; ipsis sceleris plus liceret:ꝓdita Py=
renei custodia claustrisq; patefactis cūctas gētes:quæ per gallias uagabantur:hispania=
rum prouīciis immittūt:iidemq; ipsi adiūguntur: ubi actis aliq̄diu magnis cruētisq; di=
scursibus post graues rerum atq; hominum uastationes:quarum ipsos quoq; mō pœ=
nitet:habita sorte:& distributa usq; ad nunc possessione consistūt. Multa nunc mihi de
huiusmodi rebus facultas loquendi foret:si nō secūdū oēs homines apud uniuscuiusq;
mentē cōsciētia secreta loqueretur. Irruptæ sunt hispaniæ:cædes:uastatiōesq; passæ sūt
nihil quidē nouū:hoc enim nūc per biēniu3 illud:quo hostilis gladius sæuit: sustinere
a barbaris:quod per.cc. quondam annos passæ fuerant a Romanis:quod etia3 sub īpe
ratore Galeno per annos propemodū.xii. germanis euertētibus excæperunt. Verūtū
quis nō se:qui sui suorūq; actuū uel etiā cogitationum conscius iudicia dei metuit iuste
omnia passum:uel etiā parua sustinuisse fateatur: aut quis se non intelligit deūq; nō me

tuit:quomodo nõ iuste ista & quidẽ parua sustinuit? Quæ cũ ita sint:illud tãtũ clæmentia dei eadẽ pietate qua dudũ prædixerat:procurauit:ut secũdũ euãgelium suũ:quo icessabiliter cõmonebat:cũ uos psecuti fuerint in una ciuitate:fugite in aliã:quisq; egredieš quo abire uellet ipsis barbaris mercenariis ministris ac defensoribus utereť. Hoc tunc ipsi ultro offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant:particulã stipendii ob mercedẽ seruitii sui & transuecti oneris flagitabãt:& hoc quidẽ a plurimis factum ẽ. Qui autem nõ crediderunt euangelio dei quasi contumaces:uel si etiã nõ audierunt:dupliciter contumaces non dederunt locum iræ:iuste superueniente ira comprehensi & oppressi sunt:q̃q̃ & post hoc quoq; continuo barbari execrati:gladios suos ad aratra cõuersi sũt:residuosq; romanos ut socios modo & amicos fouent:ut inueniantur iam inter eos quidam romani:qui malint inter barbaros pauperem libertatẽ:q̃ iter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere:q̃q̃ si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent:quod uulgo p orientem & occidentem ecclesiæ christi Hunnis Sueuis:Vuãdalis & Burgundionib⁹:diuersisq; & inumeris credentium populis replentur:laudanda & attollẽda misericordia dei uideretur:quãdoqdẽ & si cũ labefactiõe nostri tantæ gẽtes agnitionẽ ueritatis accipent quã iuenir utiq; nisi hac occasiõe nõ posset. Quid enĩm dãni ẽ christiano ad uitã æternã inhiãti huic sæculo quolibet tẽpoř & quoquo pacto abstrahi?quid autẽ lucri est pagano in medio christianorũ aduersus fideʒ obdurato si paulo diutius diẽ protrahat quandoq; moritur⁹:cui desperata cõuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia dei:quæ nec scire oĩa nec explicare:quæ scimus:possumus:breuiter expresserim correctionẽ iudicis dei:quoquo pacto accidat iuste sustinere:qui sciũt:iuste sustinere q nesciũt. Anno ab urbe cõdita. M.clxxv. Honori⁹ impator uidẽs tot opposi tis tyrãnis nihil aduersũ barbaros agi posse:ipsos prius tyrãnos deleri iubet. Cõstantio comiti huius sũma belli cõmissa ẽ. Sensit tũc demũ resp. & quã utilitatẽ i romano tãdẽ duce recæperit:& quã eaten⁹ pniciẽ p lõga tẽpora barbaris comitib⁹ subiecta tolerarit.

Honori⁹ rẽpublicã Cõstantio cõmittit:& extĩcti sunt oẽs tyrãni. Cap. XXIX.

AGit Constantius comes i Galliaʒ cũ exercitu ,puectus Cõstantinũ iperatorem apud Arelatũ ciuitatẽ clausit:cæpit & occidit. Iam hinc ut de cathalago tyrannoꝝ q̃breuissime loquar:Cõstãtẽ filiũ Cõstãtini Gerõtius comes suus uir nequã magisq̃ pbus apud Viẽnã iterfecit:atq; in eius locũ Maximũ quẽdam substituit. Ipse uero Gerõtius a suis militibus occisus ẽ. Maximus exutus purpura : destitutusq; a militibus Gallicanis:q in Aphricã traiecti:deide i Italiã reuocati sunt:nũc inter barbaros in Hispania egens exulat. Ionius postea uir Galliaꝝ nobilissimus in tyrãnidẽ mox ut assurrexit:cæcidit. Sebastian⁹ frater eiusdẽ hoc solũ ut tyrãnus morireť:ellegit:naʒ continuo ut ẽ creatus:occisus ẽ. Quid de ifelicissimo Attalo loquar:cui occidi iter tyrannos honor & mori lucrũ fuit? In hoc Halaricus ipatore facto iterfecto refecto ac defecto:citius q̃ his oĩbus actis pene q̃ dictis minimũ risit:& ludum spectauit iperii. Nec mirum si iure hac pompa miser lusus est:cuius ille umbratilis consul Tertulus ausus est in curia dicere:loquar uobis patres conscripti cõsul & pontifex:quorum alterum spero:sperans ab eo q nõ habebat spem:& maledictus utiq;:q spem suã posuerat in homine. Attalus itaq; tanq̃ inane imperii simulacꝝ cũ Gothis usq; ad Hispanias portatus est:unde discedens naui:incerta moliens in mari captus :ad Constantium comitem deductus : deide imperatori Honorio exhibit⁹ truncata manu uitæ relictus ẽ. Heraclianus iterea Aphricæ comes missus:cum idem Attalus umbrã gestaret imperii:Aphricã strenue aduersũ iudices ab eo missos tutatus:consulatum assecutus est:quo elatus supercilio Sabinum domesticum suum uirum ingenio callidũ:industriaq; solertem & sapientem nominan-

dum: si animi uires tranquillis studiis accommodauisset: generum allegit: cum quo quorundam periculorum suspitiones dum patitur: fecit: atque aliquandiu Aphricana annona extra ordinem detenta ipse tandem cum immensa certe temporibus nostris satis incredibili classe nauium Romam contendit: nam habuisse tunc. iiii. M. lxx. naues dicitur: quem numerum ne apud Xerxen quidem praeclarum illum Persarum regem: nec Alexandrum magnum: uel quendam alium regum fuisse historiae ferunt. Is simul ut cum agmine militum ad urbem pergens littore egressus est: occursu Comitis Marini territus: & in fugam uersus arrepta naui solus Carthaginem rediit: atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit: unde post aliquantum temporis retractus exilioque damnatus est. Hunc omnem cathalogum ut dixi: uel manifestorum tyrannorum uel inobedientium ducum optima Honorius imperator religione & felicitate meruit: merito sane quia in his diebus praecipiente Honorio & adiuuante Constantio pax & unitas per uniuersam Aphricam ecclesiae catholicae reddita est: & corpus christi: quod nos sumus grata discessione sanatum est: imposita executione sancti praecepti Marcellino tribuno uiro in primis prudenti & industrio: omniumque bonorum studiorum appetentissimo: quem Marinus comes apud Carthaginem incertum zelo stimulatus: an auro corruptus occidit: qui continuo reuocatus ex Aphrica factusque priuatus uel ad poenam uel ad poenitentiam conscientiae suae dimissus est. Anno ab urbe condita. M. c. lxviii. Constantius Comes apud Arelatum Galliae urbem consistens magna rerum gerendarum industria gothos a Narbona expulit: atque abire in Hispaniam coegit interdicto praecipue: atque intercluso omni conatu nauium & peregrinorum usu commerciorum gothorum. Tunc populis Atthaulfus rex praeerat: qui post irruptionem urbis ac mortem Halarici Placidia: ut dixi: captiua sorore imperatoris in uxorem assumpta: Halarico in regnum successerat. Is ut supra auditum atque ultimo exitu eius probatum est: satis studiose sectator pacis: militare fideliter Honorio imperatori: ac pro defendenda romana republi. impendere uires gothorum uires praeoptauit: nam ego quoque ipse uirum quendam Narbonensem illustris sub Theodosio militiae: etiam religiosum prudentemque & grauem apud Bethleem oppidum Palestinae: beatissimo Hieronymo presbytero referente: audiui se familiarissimum Atthaulfo apud Narbonam fuisse: ac de eo saepe sub testificatione didicisse: quod ille cum esset animo: uiribus: ingenioque nimius referre solitus esset sese: in primis ardenter inhiasse: ut oblitterato romano nomine: romanum omne solum Gothorum imperium & faceret & uocaret: essetque: ut uulgariter loquar Gothia: quae Romania fuisset: fieret nunc Atthaulfus: quod quondam Caesar Augustus. At ubi multa experientia probauisset: neque gothos ullo modo parere legibus posse propter effrenatam barbariem: neque reipu. interdici leges oportere: sine quibus respub. non est respu. elegisse se salutem: ut gloriam sibi de restituendo in integrum augendoque romano nomine gothorum uiribus quaereret: habereturque apud posteros romanae restitutionis auctor: postquam esse non poterat immutator. Ob hoc abstinere a bello: ob hoc inhiare paci nitebatur: praecipue Placidiae uxoris suae: foeminae sane ingenio acerrimae: & religionis satis probatae: ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu & consilio temperatus. Cumque eidem paci petendae atque offerendae studiosissime insisteret apud Barchilonem Hispaniae urbem dolo suorum: ut fertur occisus est. Post hunc Segericus rex a gothis creatus cum itidem iudicio dei ad pacem pronus esset: nihilominus a suis interfectus est. Deinde Vallia successit in regnum ad hoc electus a gothis: ut pacem infringeret: ad hoc ordinatus a deo: ut pacem confirmaret. Hic igitur territus maxime iudicio dei: quia cum magna superiore ab hinc anno gothorum manus instructa armis nauigiisque transire in Aphricam moliretur: in. xii. M. passuum Gaditani freti tempestate correpta miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptae sub Halarico cladis cum gothi in Siciliam transire conati in conspectu suorum miserabiliter arrepti & demersi sunt

pacē opti mā cū Honorio īpatore datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidiā impato
ris sororē honorifice apud se hōesteq; habitā fratri reddidit. Romaæ securitati piculū
suū obtulit: ut aduersū cæteras gentes: quæ p Hispanias consedissent: sibi pugnaret: &
romanis uinceret: quis Halanorū cæteri: Vādalorū Sueuorūq; reges eodē nobiscū placi
to despecti forent: mādātes impatori Honorio. Tu cū oībus pacē habe: oīumq; obsides
accipe: nos nobiscū cōfligimus: nobis perimus: tibi uincimur: īmortalis uero quæstus
erit reipu. tuæ: si utriq; pereamꝰ. Q uis hæc crederet: nisi res doceret? Itaq; nūc quotti
die apud Hispanias geri bella gentiū: & agi strages ex alterutro barbarorū crebris certis-
q; nūciis discimus: pcipue Valliā Gothorū regē insistere patrādæ paci ferunt: ex quo cū
cōcesserim: ut licēter xpiana tpa rephendant: siqd cōditiōe mūdi usq; ad nūc simili factū
felicitate doceat. Māifestauimus: ut arbitror: atq; oñdimꝰ nō magis uerbo p ene q̄ digi
to īnūera bella sopita: plīmos extīctos tyrānos: cōpssas: coāgustatasq; addictasq;: exinani
tasq; īmāissīas gētes mīmo sāguie: nl'lo certamīe ac pene sīe cæde. Supest ut obtrectato
res nr̄os molitionū suarū pœniteat: ueritatiq; erubescāt. Deū uerū & solū q pōt omnia
credant: timeāt: diligant: sequantur: cuius omnia: & quæ mala putāt bona esse: didicerūt
Explicui: adiuuāte Xpo secundū tuū pceptū beatissime pater Augustine ab initio mū-
di usq; in pn̄tem diē: hoc est p annos qnq;. M.dc.xviii. punitiōes & cupiditates hoīum
peccatorū: conflictatiōes sæculi & iudicia dei: q̄ breuissime & q̄ simplicissime potui: chri-
stianis tn̄ tpibus propter pn̄tem magis Xpi gratiā ab illa incredulitatis confusiōe discre
tis. Ita iā ego certo & solo: quē concupiscere debui: obediētiæ meæ fructu fruor: de qua
litate aūt opusculorū tu uideris: q pcepisti tibi adiudicāda: si ædas: p te iudicata: si deleas.

Finis. Laus deo.

Vt ipse titulus margine in primo docet.
Orosio nomen mihi est.
Librariorum quicquid erroris fuit.
Exemit Aeneas mihi.
Q uod si situm orbis: siquæ nostra ad tempora.
Ab orbis ipsa origine.
Q uisq̄ tumultus: bellaque & cædes uelit.
Cladesque nosse: me legat.

Pauli Orosii uiri præclarissimi historiarum opus absolutū est: q̄ diligētissime emēdatū:
Impressum Venetiis per magistrū Christoforum de Pēsis: de Mādello opa & impensis
Octauiani Scoti. Anno ab incarnatiōe dn̄i. M.cccc.lxxxxix.xv. kalēdas augustas.

REGISTRVM.

a	d	g	k
Prima alba	fratrum	mene Pa	Q uibus
Ego initium	Sufficerent	maxime	Porum
Aegipti	zopirionis	sii consulis	sitque hoc
b	e	h	l
sequi ausi	tilia uirgo	apud	miniosissima
Marpesia	filiis gladio	us dicam	rubigine
Anno ante	mo Calatinus	ecclesia	nem fuit
c	f	i	m
spiciendi	tus belli	partibus	cantem
ex utraque	one consulibus	ctoritate	constantia
cit postquam	ca potuisset	magna	tuit

TABVLA PRIMI LIBRI.

Tabula Secundi Libri.

TABVLA.

Tabula Tertii Libri.

Tabula Q uarti Libri.

TABVLA.

Tabula Septimi Libri.

FINIS TABVLAE.

Orosii